

Georgio Trapezuntio traduccion de los libros de Rethorica de Aristoteles.

b. G.

Copien la portada.

M. S. 4.° pasta. sin foliar, completo
bien tratado, las guardas picadas.
M. S. del siglo 15. tamaño bueno.

R = no tiene.

142 hojas.

Libri rhetoricorum Aristotelis a Georgio Trapezuntio traducti Incipiunt feliciter. Cedia magnifica

Liber primus capitulum primum quod de eisdem rhetorica et dyalectica sint. quodque qui ante ipsum de rhetorica scripserunt non recte tractarunt, et de utilitate ipsius

Rhetorica cum dyalectica convertitur. Nam de eis utraque est que cognoscere quodammodo omnium commune est et nullius determinate scientie. Quapropter omnes etiam utraque quodammodo participant. Nam omnes usque quaque tum querere ac reddere rationem, tum defendere ac accusare conantur. Verum multi hec temere nonnulli consuetudine ac habitu faciunt. que cum utroque fieri modo possunt. patet quod possunt etiam certam rationem ac viam redigi. tum eius causam inspicere possimus. quo cum qui exercitatiores quam qui casu dicunt quod volunt adipiscuntur. id vero

Infert corolarium ex dictis

b. Rhetorica in quantum cum dyalectica convertitur ... ut risibile quod patet ... paulo post dicit similarem ...

artis esse officium omnes recte concedent. Quicumque igitur eloquentie lectio 2^a^

artes ad presens usque composuerunt, parvam ipsius particulam adinve-

nerunt. Nam cum fidem facere artificiosum tantummodo sit, cetera

vero accedant, hii de enthymematibus que persuasionis nervi

sunt nichil dicunt; de hiis autem que preter rem sunt

plurima pertractant. Indignatio enim, misericordia, ira, ceterique

animi affectus non de re ipsa sunt, sed commovendi iudicis

causa. Quare si quemadmodum in nonnullis civitatibus

solet maximeque in hiis que bonis legibus gubernantur, sic in

omnibus quoque iudiciis esset, nichil penitus haberent quod dicerent.

Nam cum omnes ita oportere legibus esse constitutum arbi-

trentur, quidam etiam utuntur ac prohibent preter rem quicquam

dicere, sicut et Areopagite recte id ita putantes. Non enim oportet

in iram aut in invidiam aut in misericordiam impellendo

arcto iudicem flectere; ne similes ei fiunt qui ea qua usurus est

regula prius inflectit. Ad hec quoque perspicuum est non

Marginal and interlinear glosses:

removet errorem quorumdam qui dicebant pertinere ... [illegible]

et quod hec facit recte .10.

... sermones passionatos esse de esse recto.

... recto.

que est recto.

sermones passionatos

... talis opponit sermones

i. fidei.

i. tota substantia

ut de passionibus / recte /

producit phi ...

s. sermones passionatos

i. consideratio

... producto sermones passionatos esse preter negocium recte etiam

2. consideratio

... idem per rationem ad iudicem

... plato ... ut iudex consideret ...

ad litigantem pertinens nisi ut ostendat unum res sit necne.
et factum necne sit. an non. si vero magnum aut parvum iustum
aut iniustum. que legislator non determinavit ea non aliunde
tamen ipsum iudicem scire oportet. Maxime ·3· ro ex parte iudicis pertinet spa ad legislatorem.
quidem convenit ut que recte posite sunt leges cuncta ipse
determinent que determinari queant. et quam minima iudicantibus
relinquant. primum [1o] quia unum aut paucos prudentes qui leges
ferre ac iudicare possint facilius est invenire quam multos.
deinde [2o] quia longi temporis consideratione leges feruntur. iudi-
cia brevissime consistunt. Itaque difficile est ut bene a
iudicantibus iustum et conducibile distribuatur. illud [3o] autem
omnium maximum est quod legislatoris iudicium non de singula-
ribus nec de presentibus. sed de universalibus et de futuris est. preter
vero ac iudex de presentibus iam determinatis quod iudicat. unde fit.
ut cum et ament et oderint sua quoque utilitas connexa
sit. Non satis queant veritatem perspicere. sed proprium vel voluptas

vel dolor iudicia sua obumbret / quod minima ergo reteraru

rerum potestate iudici tribuendam dicimus / factu vero esse

aut non factum: et fore aut non fore. esse quoque vel non ex-

-hibet omnia cum non possit lator legis providere iudicibus.

extimeo pda nemo sit. Quare cum sit se hunt putet, tu de ex-

ordio narratione ceterisque particulis quid habere debeant precipiunt,

aliena remotaque ipsos scripse / nichil enim aliud hiis assumit

nisi ut iudicem quale quedam efficiant / presertim cum de

artificiosa persuasione ac contentatione nichil afferant / quod

est ut ostendit unde quispiam enthimematicus possit fieri

Quarto etiam cum eadem sit via et ratio de deliberativis ac iudici-

alibus causis / melior ac civitatibus utilior deliberativa proprio

sit, quam iudicialis / de illa nichil, de hac plurima tradere co-

nantur / minus enim conducit in deliberationibus conducit

preter rem dicere / minusque malicie deliberatio habet, quam iurisdicio

cum sit communis. hic enim de suis qui audit iudicaturus

Ostendit predictis scriptis

Ostendit predictos in 3 negociis errasse, preter vero rectorum in 3 negociis scripta

probat quod sermones passionales sunt maxime utiles ad disceptationes

est. Itaque nichil aliud demonstrare oportet nisi quod sic se

habeat ut consiliarius dicit / in iudicialibus autem id non

satisfacit. Nam cum de alienis rebus iudicium sit. utile est

si sint. iudices. litigancium

auditorem preoccupatio / qui rem suam considerantes, ad gratiam

iudices affecti recte

audientes: largiuntur litigantibus / non iudicant. quapropter

quod professiones

multis, in locis, ut iam diximus / ne preter rem quicquid

s. quod dictare dicit iudicanz

dicatur legibus cautum est. ibique id ipsi iudices observant

·lectio 3· Ceterum quam perspicuum est artificiosam viam et racione de fide | ondit cui parti philosophie rethorica subponatur.

faciendam esse, fidemque demonstratione fieri cum vehementer

credimusque cum demonstratum esse putaverimus (entimema quoque | quod ad eadem utrumque tractare de sillogismo, et de defectuoso sillogismo.

rhetoricam esse demonstrationem. quod ut simpliciter dicam principium

est in persuasione. idque esse sillogismum quendam. et de quolibet

bet sillogismo dyaleticam vel universam vel partem eius

·2a ro· 2a ro.

quamdam considerare (patet ex quibus, et quomodo

quod dialeticus circa considerat

sillogismus fiat optime possit perspicere: maxime entimematicum | probat idem ex hoc quod dialecticus considerat de sillogismo, ergo huius considerat de entimemate quod deficit ab eo.

de entimemate sic de sillogismo.

sillo.

mematicum esse. cum ad hec illud etiam teneat quibus de rebus

quidquid de entimemate proprie considerat omne esse rationale. sed dialectica et rethorica ut patet eius considerant de entimemate ergo dialectica et rethorica sunt rationales. quod est intentum philosophi probare, ergo

enthymemata sunt: quoque a logico sillogismo differant.

.i. potentie ut artis

eiusdem enim virtutis et veri et verisimilis consideratio est.

¶ ro. ad idem ex parte hominum

Ad hec etiam homines satis ad veritatem nati sunt,

et plurimum veritatem consequuntur. Quadrem qui

probabilia facile coniectura consequitur: his et ad veritatem

.i. proxime.

similiter se habet. Perspicuum igitur est de hijs que preter rem

concludit predictos philosophos dixisse
ex. rem et non sermonis parati. sic
ex. negocium rei. cum in principaliter considerant
sed de eis recitor sermo. &c.

sunt artes ab alijs traditas esse, quaque ob rem ad iudiciales

magis preceptiones declinarunt. Utilis autem rhetorica

omnes sic etiam sunt ut per
eas possint cognoscere naturam
et vitare oblivionem. &c.

est, tum quod vera et iusta meliora secundum naturam sunt quam

contraria, ita ut nisi decenter iudicia fiant, necesse sit

in eis vinci, quod vituperatione dignum est; tum quod ne scientissimum

ostendit quomodo est utilis rethorica in
comparatione ab alijs scientijs distincta
.

.gros.

quidem habeamus scientiam facile est per eam nonnullos

persuadere: impossibile namque idest, cum scientia ad doctrinam

sit. itaque necesse ut etiam in thopicis diceremus, tum de

.ro. huius est quia homines simplices
et grossi non flectuntur ratione scientie
sed suasione &c.

collocutione cum multis dicimus, fides et oratio ex communibus

.x. ro.

facienda est. Preterea oportet ut etiam in sillo

contrarijs contraria persuadere possimus non ut utraque faciamus

Nam mala facienda non sunt. sed ne nos lateant quo

se habeant. et ut cum alij non iuste utuntur oratione sol

uere possimus aliarum igitur artium nulla de contrarijs

ratiocinatur. sed dyaletica et rhetorica id sole faciunt, similiter utraque

similiter de contrarijs sunt. subiecte non similiter res se habent.

sed semper vera potentiora que secundum naturam in uniuersum sillogis

simo colliguntur. ac ut simpliciter dicam credibiliora sunt

i. preter omnes rationes dictas.

Ad hec absurdum est si non posse corpore sibi presidio esse

quia sicut corpus nobis natura dedit sic et rationem — quia hoc nature magis est

turpe sit. ratione vero non sit. quod hominis magis est

quam usus corporis. sed magna infert incomoda qui vi

hac rationis iniuste utitur. sed id certe omnium bonorum preter quam

virtutis ac maxime potentissimorum ut virium sanitatis

diuiciarum imperij commune est. Nam hijs omnibus maxime

quisque proderit cum iuste utatur et ledet cum iniuste

Quod igitur non sit unius cuiusdam ac determinati generis

3. ratio ad idem quia utraque est similiter ratiocinatur.

remouet quandam instanciam non dicit res mala quia peccatum mala facere possimus

quia non oportet male uti fortitudine sed moderate

hic philosophus assignat 3 conueniencias inter dyaleticam et rhetoricam prima quia communis utrique secunda quia ualet utrique 3 quia ratiocinatur utraque.

ciuile et alio animali eo quod solus sit sermone ... sermo sit super ad alterum ... magis ... corporis appetit.

Obiectio

Solutio

rhetorica sed sicut dyaletica, ut quod utilis exposita est

quodque officium eius non est persuadere sed posse quae in singulis

credibilia sunt considerare, veluti etiam in ceteris artibus

nec enim medicine est sanitatem inducere sed quoadusque

i. usque quo corpus sit quod est inducere sanitatem et aptum natum suscipere

possibile est ad hoc usque producere, cum possibile sit etiam

eos qui nullo possint pacto sanari bene tamen curare.

addit quod ~~divina~~ quietem

Preterea quod eiusdem sit tam quod credibile est quam quod credibile

videtur considerare, ut dyaletice tam sillogismum quam apparentem

sillogismum. Cavillator enim non viribus sed electione ~~orator~~

i. recto. — iste recto secundum scientiam. — ille autem i. sophista recto erit orator secundum electionem quam vult apparere recto

~~erit~~. hic vero tam scientia quam electione orator erit. ibi

sed dyaleticus non est propter electionem sed secundum potentiam. iste est secundum scientiam

electione quidam cavillator, dyaleticus autem non electione

sed viribus. Sed iam de eo ipsa dicendi conabimur exponere, quo

pacto et ex quibus propositum assequi poterimus. Quare sed

diffinierimus ipsam quid sit, tamquam ex alio principio cetera dicemus.

Capitulum 2m. Quid sit rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad dyaleticam habeat et quibus rebus principaliter persuasio conficiatur

Ut dyaletice tam sillogismum quam apparentem. Dyaleticus inquit tam sillogismum quam apparentem considerat viribus enim i. habitu et scientia hanc vero dyaleticus habet. Cavillator sit i. sophista sed in videndo apparentem se exigit. Quare viribus dyaleticus, electione cavillator est. sed hec in oratore non distinguntur, nam viribus utrumque videt i. id quod est credibile quam quod apparet, et nichilominus sunt persuadere sit non est dicendus cavillator si cum apparentibus ad persuadendum utitur sed orator, sic quidem tam viribus quam electione orator est.

lectio x

Est ergo rhetorica vis, qua quod in unoquoque | hic philosophus exsequitur propositum tractatum

re probabile est, perspicitur (nullius enim alterius | [illegible]

artis id officium est, cum singule aliarum artium id quod eis

subiectum est, doctrinales persuadentesque sint. Veluti me-

dicina circa id quod sanari egrotarique possit. Geome-

tria circa passiones que magnitudinibus accidunt.

Arithmetica circa numerum, et similiter ceterarum artium et scientiarum ceterae.

Rhetorica vero que de re data ut ita dicam credibilia

sint, perspicere posse videtur. Quo circa etiam dicimus

non in genere quodam determinato hanc artem versari. Per- | determinat de persuasionibus

suasionum vero alie sine arte, alie artificiose. Sine arte illas

appello que non a nobis excogitantur, sed cum extra sint

assumuntur, ut testes, cruciatus, scripta. Artificiosas vero

que ratione ac via a nobis possunt excogitari, itaque ipsarum

aliis uti oportet, alias invenire. Harum igitur que | subdividit artificiales persuasiones

oratione parantur persuasionum genera sunt tria. Nam alia

in moribus sunt eius qui dicit, alia in auditore nos quodam

afficiendo, alia in sermone ipso, cum demonstret aut demonstrare

declarat membra diuisionis — videatur. Per mores igitur creduntur, cum sit dicta oratio, ut fide — primus persuasionis modus

dignus qui dicit videatur. Nam probis et magis et fa

cilius de omnibus simpliciter credimus. In quibus vero certitudo

non est in hiis que dubiis agimur opinionibus etiam omnino. Oportet — dat causam dicti de credulitate non accidente propter orationem sed propter opinionem aliquam quemdam dicentis esse

(id est modestum scilicet)

id etiam non qui propter opinatus quis fuerit talem quempiam eum

esse qui dicit, sed ex orationis oportet evenire. Nam probitatis

dicentis non ut quidam eorum reliquerunt qui artes scrip-

serunt, nichil affert ad credendum; sed fere ut breui absolutam

declarat credulitatem ex parte audientis — propriam mores faciunt fidem propter se ipsos. Aut auditores — 2us modus

(quia producuntur in passiones per orationem) (dat causam dicti quia similiter)

creduntur cum ab oratione in affectum impellantur. Non enim similiter

(diuersas passiones iudicia reddimus)

iudicium reddimus cum dolemus et cum letamur, aut cum

(id est hiis de quibus facta fuit mentio in principio prohemii)

diligimus et contrarie odimus. Qua de re sola qui nunc artes scribunt

perpere conantur. De quibus singulis explanabimus cum de

(in secundo libro)

declarat 3m genus credulitatis — affectibus dicemus. Sermonibus autem in fidem auditores inducunt. — 3us modus

ut dicit verum, i. apparens verum qui rethoris est utriusque ex probabilibus sillogizare

·i· sophisticum·

cum verum aut verisimile ex probabilibus quia in unoquoque

sunt esse demonstremus. Verum qui fides his fit patet. Hec ondit quod spectat ad rethoricam

tria esse capiunda: ut silicet facultate ratiocinandi habeamus

ut mores ac virtutes consideremus: et tercium de affectibus

quid unumquodque sit et quale quid et ex quibus innascatur

et quo pacto. Ita efficitur rhetoricam quasi propaginem esse

dyaletice et eius negocii quod circa de affectibus sit. cuius est

et civile appelletur. Quia propterea et rhetorica ipsa et qui eam

adepti sunt vel ignorantia vel arrogantia vel aliis

de causis quibus homines perturbantur, ipsius quoque civilis po-

testatem constitutos se arbitrantur. particula enim dyaletice

·i· sophisticum·

quedam ac similitudo ut incipientes diximus. Neutra

enim earum de determinata quapiam re quomodo se habeat scientia

·potentie rationatie·

est. sed facultates quedam sunt inveniendarum rationum de

utraque igitur in et quo pacto altera se ad alteram habeat

lectio 5ª

satis fere dictum est. Eorum autem quibus probamus

Quia propterea et rhetorica ipsa propter causas potestatem habere videatur ... ipsa etiam negocium civile ... esse etiam ipsam similiter se ... imputant

2ª particula 2ª particule

ut et in dyalecticis aliud inductio est, aliud sillogismus, illa; enthymema quidem sillogismum rhetoricum, exemplum vero rhetoricam inductionem appello. Omnes enim fidem faciunt probando (probat instrumenta rectorica deducta ad instrumenta dialectica) cum aut exempla inducunt aut enthymemata, et preter hec penitus nichil. Quare si omnino necesse est sillogismo vel inductione quodlibet ondere, ut nobis in resolutivis expositum est, necesse illa horum alterum alteri idem esse.

2ª particula principalis (dat differentiam inter exemplum et enthymema)

Quid autem inter exemplum et enthymema interest, ex topicis patet. Cum ibi de sillogismo ac de inductione iam dictum sit, si multis atque similibus ostenditur sic se habere, ibi (in dialectica) quidem inductio est, hic (in rectorica) autem exemplum; sin vero cum quedam sint, aliud quid illorum cum eveniat propter illa quia illa sunt aut universaliter aut ut in pluribus, ibi quidem sillogismus, hic autem enthymema vocatur. (concludit quod rectorica utitur utroque instrumento) Nec latet quod utrumque rhetorice genus laudatur; nam ut et in methodicis dictum est, ita et in hiis se habet; sunt enim orationum

quedam ut exemplares quedam enthymematice: sic oratorum

quoque alii exemplares alii enthymematici. Neque minus cre- | ostendit oratores per exempla non esse minus quod persuasibile quam per enthymemata

dibiles orationes sunt que per exempla sunt, probantur autem magis

enthymematice; causam vero ipsam, et quomodo utendum utraque

2 ps princ. | est, posterius dicemus. Nunc vero de hiis ipsis explanatius | ostendit in speciali qualiter oratores persuadere debent

determinabimus. Nam cum credibile cuidam credibile sit

et aliud quidem per se ipsum illico sit credibile atque probabile,

2 pti 2 ptis prin. | aliud quia probari per talia videatur. Neque ars nulla considerat | ex diffinitione data investigat ... de persuasibili ...

singularia, ut medicina quid Socrati aut Timoni sa-

lubre sit, sed quid tali aut talibus, idque est artificiosum.

Singularia vero infinita sunt et scientia nequeunt

continere. Cum igitur hec ita se habeant, nec rhetorica

quod huic credibile est considerabit, ut puta Socrati

aut Tymoni, sed quod talibus, veluti et dyaletica. Utitur

enim et ipsa syllogismum non ex quibuslibet, cum deliris

quoque nonnulli videantur, sed dyaletica ex hiis que illius

quibus tamen disputatio rhetorica ex hiis que illis videntur

2ª pars 2ª particule 2ª partis principalis — que sunt in consilio querere consueverit. Huius enim officium de hiis est de quibus consiliamur tamen de hiis artem non habeamus — dat iiij documenta quomodo debeamus persuadere. Istud est 2 documentum

et apud huiusmodi auditores qui nequeunt per plura conspicere nec procul ratiocinari. Consiliamur autem de hiis que videntur — manifestat primum documentum scilicet fieri persuasiones ex consiliabilibus

utroque posse parte fieri. Nam de hiis que aliter fieri aut fore aut se habere non possunt, nemo sic existimans consiliabitur, cum non aliter quam sic consiliari possit. Est autem — Ostendit 2m documentum puta quod persuasio rethorica est ex paucis

possibile ratiocinari atque colligere. Alia quidem ex hiis que prius sillogismo quidem collecta, non sunt sillogismo autem indigent — + sunt alia dicta ex hiis que sunt ydem collecta

cum non sint probabilia quorum ratio quedam huiusmodi sunt ut ea videre propter prolixitatem. Simplex enim esse supponitur non bene consequatur quedam non credibilia quia nec sunt ex concessis nec ex probabilibus. Quare necesse est tamen enthimema — concludit quantum ad primum documentum

et exemplum de hiis esse que ut plurimum aliter quoque possunt se habere. Exemplum quidem inductionem, enthymema non

sillogismum et ex paucis ac sepe paucioribus quam ea sunt ex quibus primus constat sillogismus. Nam si quid eorum compertum est id dicendum non est, ipse namque auditor id ex se ipso afferet, ut Lacedemonius eo certamine vicit quo coronam meruit, sufficit dicere olimpia vincunt coronantur; non est opus apponere, cum qui id ignoret sit nemo.

Lectio 6.

Verum quia pauca eorum ex quibus rhetorici constant sillogismi necessaria sunt, cum plerumque de quibus iudicia et deliberationes sunt, aliter quoque possint se habere; que namque agunt de his consultant atque deliberant, quorum nichil ut uno verbo dicam necessarium est. Ea vero que ut plurimum accidunt queque possibilia sunt, necesse est ut ex aliis huiusmodi per sillogismum comprehendantur, necessaria quoque ex necessariis, quod in resolutionis arte nobis explanatum est; patet ea ex quibus entimemata fiunt quedam esse necessaria, plurima vero huiusmodi ut fere semper solent fieri. Fiunt autem entimemata

Marginal notes: ostendit enti(mema) rec(ipere) debe(re) ... ex una premissa — quod autem olimpia — ostendit ex quibus habeat esse enthimema et exemplum — ostendit hoc esse manifestum ex libro priorum — ... et signis ...

ex probabilibus et signis. Quare horum alterum alteri idem
esse necesse est. probabile namque est quod semper fere solet
fieri vero non simpliciter ut quidam diffiniunt sed quod cum
de his sit que aliter se possunt habere sic se habet ad illud ad
quod est probabile ut universale ad particulare. signorum autem
aliud ita se habet ut singulare quidem ad particulare. horum
quod certum est argumentum, quod autem non est necessarium, id
secundum hanc differentiam innominatum est. Necessaria vero
appello ex quibus sillogismus constituitur. quo circa et
argumentum dicitur. Nam cum non possint solui quod dictum
est. tunc putant argumentum esse allatum quasi demon-
stratum sit atque conclusum. Signum igitur quod est tamquam
singulare atque universale huiusmodi est. ut si quis assereret omnes
sapientes iustos esse quoniam socrates cum esset sapiens, iustus
erat. id igitur signum est quod soluitur etiam si verum
sit. non enim potest sillogismo colligi simaute dixeris

(Interlinear: ex probabilibus — i. ex necessariis; signa in prima figura; in 3a figura probabile; sig. in prima figura)

(Margin: 2a particula prime partis)

(Margin: vel universale aliud ut universale quidem)

(Margin: specialiter tractat de signo necessario)

(Margin: comparat predicta signa ad entimema tal)

(Margin: ostendit quomodo se habet signum necessarium ad silogismum)

quapiam egrotare quia febricitet, aut peperisse quia lac

habeat. id iam necessarium et solum ex signis argumentum

est, cum solum si verum est insolubile sit. quod vero ut signum in 2a figura cum quando in pluribus est signum quam significatum

universale se habet ad particulare huiusmodi est, ut si quis febri-

citatem hominem dicat et eius signum esse quod crebro respiret

solubile autem et hoc est etiam si verum sit possibile.

Namque est etiam si febre non capiatur crebro tamen an-

helare. quid igitur probabile .i. 3. quid signum .i. 2. quid argumentum .i. prima figura

sit, quidque inter se differant, et nunc dictum est et in

resolutivis .li. 2. prior. de hiis et ad hec quamobrem alia cum sillo- tractat de exemplo quomodo habet fieri.

gismo colliguntur alia non. explanatius determinatum est.

quid etiam inductio sit et circa que sit, dictum est.

est enim neque ut totum ad totum, neque ut pars ad totum

neque ut totum ad partem, sed ut pars ad partem, simile

ad simile, quando utraque sub eodem genere sunt, sed unum altero

magis cognitum. hoc pacto quod insidias dyonisius ad

tirannidem presidium petit. nam et pisistratus ad tyrannidem

per insidias presidium petiit. quod cum impetrasset tyrannide

ciuitatem oppressit. et theogenes in megareis [v. alius tirannus]. Alii etiam

quos id fecisse sciunt exemplo de dyonisio sunt. que nundum

sciunt. idcirco petere que omnia sub eodem sunt uniuersali qui

presidium petit insidiose tyrannidem affectat. Ex quibus ergo

sunt quasi demonstratiua fidem facere uidentur dictum

est. Inter enthimemata uero non mediocris illa

est diuisio, maximeque omnibus pene ignota que est etiam

in dyaletica sillogismorum uia et ratio. Nam quedam

eorum secundum rhetoricam sunt. ut et sillogismorum secundum

dyaleticam uiam ac rationem. quedam secundum alias artes

atque facultates quorum alie sunt. Alie nundum comprehense

sunt. Quare et auditores quoque latent. magisque possunt

commode tangentes, commodius elabi. Verum quod dicimus

apertius erit, si pluribus explanabitur. Voco igitur dialeticos

declarat in exemplo esse processum partis ad partem

Lectio 7.

Ponit diuisionem generalem locorum enthimematum secundum quod quidam sunt rhetorici et dialectici, alii ad alias artes.

Ponit locos speciales rhetoricos aliis proprios aliis artes.

declarat locos et sillogismos proprios ad dialeticam et rethoricam et ad alias artes

ad rhetoricos sillogismos eos quorum locos dicimus. hii autem
sunt qui communiter de iustis physicis ciuilibus et de multis specie
differentibus sunt, veluti maioris et minoris locus. nichil
enim magis ex hoc formari. vel enthymema inferre
poterimus de iustis aut physicis quam de quocumque alio, quamuis
hec specie differant. Propria vero quecumque ex hiis sunt que declarat propositiones [illegible] et propria [illegible] ec. quomodolibet artem.
circa unumquodque speciem ac genus propositiones sunt. sunt
enim propositiones de physicis ex quibus nec enthimema
nec sillogismus de moralibus est. de hiis etiam alie ex quibus
non erit de physicis. eodemque modo de ceteris. et illa quidem assignat rationem dicti quare loca communia pertinent ad duas [illegible] et non specialia ad alias artes.
nullo intelligere facient prudentem, circa nullum enim sunt
subiectum. ex hiis vero si diligentius quisque proposi-
tiones deligat, fiet ignorans aliam quam dyaleticam
ac rhetoricam scientiam. nam si principia forte habebit. non
amplius rhetorica vel dyaletica. sed illa erit cuius
principia possidebit. Enthymematum autem plura ex hiis

generibus manant, que particularium sunt atque propriorum, ex co-
munibus vero pauciora. Quemadmodum ergo in topicis dicitur e | generaliter distinguendo esse in rec... sic idea
sic etiam hic circa enthimemata species ac loci, ex quibus su-
mendum est, distribuendi sunt. Voco autem species proprias
uniuscuiusque generis propositiones, locos vero qui communiter omnium atque
similiter sunt. Primum ergo de speciebus dicemus, sed prius genera | continuat se ad dicenda
rhetorice cognoverimus, ut cum distribuerimus quot sint
eorum elementa propositionesque seorsum investigemus.

Capitulum 3m de tribus generibus causarum et finibus earum.

hic tractat de persuasionibus in speciali



Quoniam igitur tria sunt auditorum genera. lectio 8
tria quoque numero rhetorice genera sunt.
dat causam dicti. Nam cum ex tribus oratio constituatur ex eo qui dicit.
de quo dicit. et ad quem i. auditorem. penes quem etiam
manifestat auditorem esse 3 similiter 3 genera politica. finis est quem necesse est aut spectatorem esse. aut
iudicem, et iudicem aut preteritorum aut futurorum, quidem
de futuris iudicat senator, qui de preteritis iudex, qui vero

de facultate spectator est. Quare necessario tria sunt di-
cendi genera: deliberativum, iudiciale, demonstrativum. Est autem de- | dat differentiam inter dicta negotia et partes dictorum penes actus.
liberative orationis aliud suasio, dissuasio. nam semper et qui
privatim consulunt et qui publice contionantur horum alterum
aggrediuntur. Iudicialis aliud accusatio, aliud defensio.
Horum enim alterutrum occupant litigantes. Demonstrative | dat 2 differentiam 3 negotiorum que est in tempore
aliud laus, aliud vituperatio. Horum autem utrumque temporibus acco-
modatur. Consulenti futurum; de futuris enim consulit aut
suadens aut dissuadens. Litiganti preteritum; nam de preteritis
semper alius accusat, alius defendit. Demonstranti precipue
presens; nam omnes secundum ea que presentia sunt laudant aut
vituperant. Sed utuntur etiam ad hec plerumque preteritis in
memoriam illa reducentes, futuris quoque de eis conicientes.
Utriusque etiam horum finis alius est, cumque tres sint fines | dat differentiam ex fine
etiam tres sunt. Consulenti utile aut contrarium; nam qui
suadet, quasi ad melius hortatur, qui autem dissuadet quasi

a peiore dehortatur. cetera vero ut iustum aut iniustum
honestum vel turpe ad hoc assumit. litiganti iustum
aut iniustum, cetera vero ad hoc etiam hic assumit.
laudanti aut vituperanti honestum vel turpe. sed hii
quoque ad hoc cetera referunt. Quod autem dictus uniuscuiusque | manifestat predicta et po de disceptatio.
finis est. signum illud est quod de ceteris interdum non
ambigunt. ut puta qui causam dicit quod factum non
sit. aut quod non obfuerit est. quod nullam facit questionem.
Quod autem iniuriatur nunquam confitebitur non enim esset
opus lite. similiter etiam qui consiliunt cetera sepe con- | ostendit idem in deliberatione
cedunt quod vero ad inutilia hortentur aut ab utilibus
dehortentur nunquam concedent sed utrum non iniustum
sit finitimos ac eos qui non iniuriantur servituti summittere.
sepe nec curant quidam. Eodem modo et qui laudant | manifestat hoc in tertia.
aut vituperant non attendunt utrum utilia gesserit an
contra, sed sepius etiam laudi dant quod ut preclare

gereret parum preciam duxit utilitatem. Laudant enim no.
achillem quod patrocli sodalis ultionem susceperit cum sciret
parum se habere de causa virtutum. cui mors huiusmodi pulchrior
vita vero utilis fuit. Ex dictis ergo patet necessarium esse de hiis concludit quod oportet habere propositiones de his que dicta sunt.
prius propositiones habere. argumenta namque et probabilia
et similiter signa rhetorice propositiones sunt. Nam sillo-
gismus universaliter ex propositionibus est. enthymema vero
sillogismus est ex dictis constans propositionibus. Verum ostendit circa generalia annexa omnibus debet propositiones rec.
quoniam impossibile est ut que impossibilia facta sint. aut
iterum que non fuerunt aut futura non sint. ea vel facta
iam sint vel facienda sint. necesse est tam consulenti tam
litiganti et demonstranti habere propositiones de possibili
ac impossibili. et utrum factum sit an non et si erit
vel non. Preterea cum omnes sive laudant aut vituperant determinat de 2o. annexo
sive suadeant aut dissuadeant sive accusant aut defen-
dant non solum que diximus verum etiam quod conferens

aut nocens sit vel honestum vel turpe. quod iustum vel iniustum

et hec omnia magna vel parva sint aut per se ipsa aut

ad invicem comparata. unde contentive propositiones est quod oportet

sit de magnitudine quoque ac parvitate et de maiore ac minore

tam de universali quam de unoquoque propositiones habere ut puta

quod maius aut minus bonum et que maior aut minor iniuria

et iure factum. similiter autem et de ceteris. De quibus igitur proposi-

tiones accipiende sunt ex necessitate dictum est. Post hec vero seorsum de

unoquoque istorum distribuendum est. et primum de quibus

deliberatio sit. deinde de quibus demonstrationes. tertio de quibus

iudicia.

Capitulum quartum de quibus deliberatio esse soleat.

Primum igitur tenendum est non de omnibus bonis aut malis consiliarendum consilie. sed de

hiis que possunt fieri et non fieri. de hiis autem que neces-

sario sunt aut erunt. aut impossibile est esse vel fieri.

nulla deliberatio est. sed neque de cunctis contingentibus

concludit quod de magno et parvo oportet nos habere propositiones

hic dat artem et scientiam quibus fiunt et cetera

lectio 9.

Investigat de quibus consilium

~~consilibile est contingens quod est aput nos reducere in esse cuius principium in nobis est~~

Caveat

sunt enim quedam a natura, quedam a fortuna bona, que quamuis contingentia sint, possint quod fieri et non fieri, nichil tamen ad ea confert deliberatio. Hinc patet de hiis esse consultationem quecumque referri ad nos nata sunt, quorumque origo ac causa in nobis est. Nam ad hoc usque deliberamus quousque possimus ne an non possimus agere inuenerimus. Verum certius singula enumerare ac in species ea omnia redigere, secundumque veritatem inquirimus possibile est declarare de quibus consilia fieri consueuerunt, non est presentis operis, non est enim uel artis rhe-
thorice, sed altioris ac verioris. Sed tamen multo plura nunc sue ac proprie theoremata sibi concedantur. Nam quod iam diximus verum est rhetoricam scilicet ex resolutiua scientia et ea ciuili que de moribus est compositam esse, similemque esse partim dyaletice, partim orationi sophistice. Si quis autem aut hanc dyaleticam non ut facultates sed ut scientias instruere et docere conetur, hic naturam earum hoc transitu minuere non

conludit diffinitionem consilii ex genere et differentiis quod consilium est contingentis a fortuna nec a natura et quod est quod contingens reductum in nos cuius generis primum in nobis est.

ostendit non pertinere ad rectorem per singula considerare de consilio.

s. ethice ut politice

ut eleganter rhetor prescripto

assignat rationem dicti

conludit quod si etiam rectorica ex consilio ingreditur propones rectoris

hec 3o ethi.

videtur enim non solum in ordinis sed in quarundam subiectarum

rerum species redigat. at tamen quecumque distribuere operepretium

est et tamen civili sciencie consideratione relinquitur, etiam

Textus · 10 · nunc dicamus. Nlm maxima de quibus omnes consultant. hic philosophus dividit consil...

et que deliberantes aggrediuntur quinque fere numero sunt, de opibus,

de bello ac pace, de regionis locorum custodia, de hiis que in-

feruntur vel efferuntur, de legum latione. Qui ergo de oratorem consiliabile

opibus consiliaturus constituit, eum oportet civitatis redditus

qui sunt et quot sunt percepisse, ut si quis neglectus sit

restituatur et si quis tenuior sit amplificetur. Preterea dat cautelam quomodo possunt augeri redditus per subtractionem expensarum

expensas civitatis omnes, ut que inutilis sit demetur, et

que profusior cogatur ad modicum. Non enim solum rerum

accessiones verum etiam expensarum attenuationes reddunt

ditiores. que non ipsi solum que de more habemus rebus quomodo fieri possunt civitates et ceteri ditiores divitiis

conspicere possumus, sed necessarium est ad dicendum de hiis

scientiam eorum etiam que alii adinvenerunt historiam retinere

2m consiliabile

De bello autem et pace qui dicit, huius civitatis copias non ignorabit: quante in presentia sint et quam magne fore possint. Et ad hec quales quedam sint quas modo habemus et quales quas habituri sumus. Preterea quomodo et que bella civitas gessit. Hec igitur scire oportet, nec solum sue civitatis sed finitimorum etiam, ac eorum maxime adversus quos bellum suscipiendum opinaveris, ut pax cum melioribus habeatur et in ipsis sit cum minoribus belligerare. Copias etiam similes ne an dissimiles sint, nam hac quoque parte meliores quidam aut imbecilliores esse possunt. Sed maxime ad hec pertinet bellorum eventus non modo civitatis sue verum etiam aliarum quomodo exierint perspexisse, similia enim a similibus fieri consueverunt. Preterea non oportet ignorare quo pacto regio custodiatur, sed tam multitudinis custodum quam qualitatis non esse nescium, locorum quoque ubi sint presidia collocanda, quod impossibile est nisi regionem optime noveris. Ut si

hic declarat de consiliabili respectu boni humoris et pro consiliando bellum vel aliud

2a. oportet ut sit bellandi peritus in bellorum qui acciderunt civibus

ostendit 3o. cognoscere bella per experientiam et similitudines

.3m.

minora presidia sint augeantur. si nullo superuacua, omnino tollantur et loca oportuna magis custodiant. Ad hec quod magna impensa ciuitati ad uictum sufficiat, et que a propriis agris colligantur que afferantur aliunde, itemque quas res afferre quas inferre opus sit, ut ad huiusmodi homines federa sint atque conuictus. ad duo enim genera hominum siue ciuium incon- seruanda ciuitas est, ad meliores et ad eos qui ad predicta conducunt. Sed cum horum omnium cognitio multum ad ciuitatem tutandam pertineat. tum uero non minimum (ymo maximum debens studere) est legum lationis (reg) esse sagacem. Nam salus ciuitatis in legibus sita est. Quare necessarium est scire quot rerum publicarum genera sint, queque utrique conferunt et quibus extingui solent, tam propriis (regimi) quam secundis. dico autem extingui secundis, quia preter optimam rem publicam cetere omnes et remissione et intensione corrumpuntur. Ut popularis status non modo cum dimittitur imbecillior ita redditur, ut tandem ad potentiam paucorum deueniat.

·9m·

concludit quod debeat [illegible] observare pacem ad duo genera hominum.

con. genus sit considerandum in posicione legum

·hm·

generaliter contendo ad hunc [illegible] utilem consideracionem ciuilitatis

sed etiam cum vehementer intenditur, veluti aquilinum ac
simum non solum ad mediocritatem pervenit cum remittitur
sed valde contrariorum facta sima videlicet aut aquilina. sic nasus
afficiunt, ut nec nasus quidem esse videatur. Verum ad
legum lationem utile maxime est. tum ex preteritis que
rei publice status conducat perspicere. tum aliorum quoque scire
conditionem, et qui quibus conveniat non ignorare, ita patet
ad ferendas quidem leges peregrinationes quibus multarum
gentium leges cognoscere poteris esse perutiles, ad publica vero
consilia diligenter perspecta rerum gestarum historia, que
omnia civilis scientie, non rhetorice officia sunt. de hiis igitur
que oporteat eum habere, qui de rebus maximis dicturus
sententia est. tot dicta sint.

Capitulum 5um de felicitate ac fine deliberantium.

lectio. II.

Verum ex quibus tam de hiis, quam de aliis suadere
aut dissuadere conveniat, consilium dicamus.
Fere autem et unicuique privatim et publice omnibus finis

Marginal notes:

consiliari docet circa leges respiciendo ad alias civitates

hic docet nos fines per quos dirigimur consilium.

docet cogitare fines per quem ortamur et deortamur

quidam est, que consentientes alia persecuntur alia fugiunt. Is

vero est ut uno verbo dicam felicitas ac eius particule.

Quare gr̄a exempli exponamus quid sit, ut simpliciter

dicam felicitas, et que sunt ipsius particule. De hac enim — declarat q̄m̄ p felicitatē sunt exhortacōes et deor

et de hijs que ad hanc conferunt, de eius quoque contrarijs

suasiones dissuasiones que omnibus fiunt. Nam que

aut ipsam aut particularum eius quapiam efficiunt, aut maiorem

reddunt faciunda, que vero interimunt vel impediunt vel

contraria faciunt ea minime facienda sunt. Sit ergo fe- — ponit diuisas acceptiones felicitatis, et hō s. 3. accep.

licitas .1. fortuna secunda cum virtute vel per se sufficiencia

vite vel .2. vita tuta et iocundissima, vel .3. possessionum facultas

et corporis vires cum fortuna conservativa amplificativa

que horum virtute; omnes enim fere unum quoddam istorum aut

plura felicitatem esse fatentur. Quod si huiusmodi felici- — ostendit que sit pertinet ad felicitatem secundum diuisas acceptiones

tas est, necesse est partes ipsius esse nobilitatem, multorum atque bonorum

amicorum conparationem, divicias, bonorum liberorum et multorum procreationem

adiu(n)t corporis virtus

comodam senectute. preterea corporis comoda veluti sanitate formam vires proceritatem robur ad certandum gloriam honorem prosperitatem virtute ac partes eius prudentia fortitudine iustitia temperantia. Sic enim sufficientissimus quispiam erit si sibi adsint quecumque in ipso et que extra sunt bona cum preter hec alia non sint. sunt autem in ipso que in anima et que in corpore sunt. extra vero nobilitas, amici pecunie honores. ad hec oportere arbitramur potentiam et fortunam non deesse. Hoc namque pacto vita erit tutissima. Sed dicamus similiter quid sit horum unumquodque. Nobilitas igitur gentis et civitatis est, indigenas aut vetustissimos esse et primos duces illustres, multos quoque ea ex gente

(q. sunt bo. obtra)

in rebus que expetuntur preclaros extitisse. Privata vero

(q. tm pr q. mr)

nobilitas aut a viris aut a mulieribus est, legitimaque

(debet esse legitimi cives non advene.)

ab ipsis procreatio. et ut in civitate sic in privata quoque nobilitate aut virtute aut divitiis aut alia re laudata

omnia bona ptinent ad felicitatem secundum eius actu pro eius.

Lectio . 12 .

declarat in speciali de unoquoque dictorum et primo de extrinsecis.

exequitur de nobilitate et primo de nobilitate in communi

declarat de singulari nobilitate persone

primos claros fuisse, multos quoque famosos ea ex gente

viros et mulieres iuniores ac seniores fuisse. probitas

vero liberorum ac multitudo que sit perspicuum est. (id declarat) publice igitur — declarat de bonitate prolis, primo ratione totius gentis

id ita accipitur si multa sit iuventus ac bona, et bona tum

commodis corporis ut proceritate, forma, viribus certandi

robore, tum animi virtutibus ut temperantia et fortitudine

hec namque iuvenum virtutes sunt. privatim vero si proprii — declarat de bonitate prolis prout respicit personam singularem

liberi tam mares quam femine et multi et probi sunt. est — declarat quid debet esse bonitas feminarum

autem feminarum virtus corporis quidem forma et proceri-

(quia ociositas inclinat ad intemperantiam.)

tas. animi vero pudicitia et operandi studium absque illiberalitate

Oportet igitur et privatim et publice tam viris quam fe-

minis singula horum adesse. Nam quibuscumque haud bone — concludit maliciam mulierum facere ad infelicitatem

sunt mulieres sicuti lacedemoniis hii media pene feli-

citatis parte privantur. Divitiarum vero partes sunt — declarat de sufficientia divitiarum et primo dividendo

nummi, agri, predia, suppellex, animalia bruta, mancipia

multitudine magnitudine pulchritudine excellentia

quia licet mulieres non sint proprie media pars civitatis, eo quod pars virorum excedat partem mulierum in bonitate, quia filii mulierum consueverunt matrizare, malicia mulierum forte evacuat medietatem felicitatis civitatis. Egidius.

ondt qles debet ee hui(us) pts integritates divitias

que omnia firma amena utilia ee certe debent. Sunt igit(ur)
utilia que magis frugifera sunt, ex quibus redditus ca
pimus. quibus vero fruimur ex hiis nichil magis pter
usum consequimur. Fruimdaut ita diffinio ut hic.
et sic possideas ut et usus eius et retinende alienande qz
proprietatis potestas. inter ipso sit alienationem porro dico.
cum donare atqz vendere possis in summa divitem ee, in utr
do magis q(uam) in possidendo consistit. utentis enim operatio
est possessio vero ipsa divitie sunt. Gloria vero est cum
virtuosus a cunctis existimatur. aut id habere putatur
~~aut~~ qz in aliquo alios excellit
quod omnes vel plures. vel probi vel prudentes expetunt
Honor aut(em) e(st) beneficentie glorie indicium. Honorat(ur) ergo
maxime atqz merito qui beneficia contulerunt. deinde qui
conferre queant. beneficia vero illa primas habetqz salutis
causa et ut sing(ula) est. secundas divitiarum vel alterius
qz honor dat(ur) pp(ter) ad arduum.
boni, quod vel ocio vel hic vel aliquando non facile adquiritur.

Marginal notes:

amena qb(us) frui q(uod) ita frugifera sunt

diffinit qd est possidere

explicat usum rerum ad possessionem earum.

declarat de bonis exterioribus q(uae) respiciunt animum ... cum stilis separatis.

declarat de honore

ondt qz honor semper sumitur ex aliquo arduo

Nam multi honorem assecuti sunt quamvis parva prebuerint, sed modus profuit atque occasio. Honoris vero partes sunt sacra, memorationes, decantationes carminum aut solute orationis ad laudem, recitatio, loca primi consessus, sepultura, ymagines, publici victus, ad hec etiam barbara ut inclinari, loco cedere, munera quoque, sed alia apud alios honoratiora.

ostendit donum pertinere ad honorem.

Est autem munus rei alicuius donatio ac honoris signum. quapropter et tam eris avidi quam ambitiosi donari cupiunt, cum id donatio habeat quod utrique appetunt. nam et res est quam avari desiderant, et honorem affert quem ambitiosi expetunt.

hic philosophus determinat de bonis intrinsecis

lectio .13.

Corporis vero virtus sanitas ut scilicet corpori pene inegrotabili ad labores utaris. Nam qui sic sani sunt ut Herodicus ferebatur, eos nemo sanitatis gratia felices putabit, nam ille ut sanus esset quibus homines utuntur his omnibus aut plurimis abstinebat.

determinat de pulcritudine

Pulchritudo autem alia in alia etate est. Nam iuvenis pulcher est cui

comodu ad subeundos et cursus et violentie labores corpus

est. aspectuque insuper iocundum / quo circa formosissimi sunt

/ cum et ad vim et ad velocitatem simul paratissimi sunt

Viri vero pulcrer qui et labores bellicos sustinere queat / et | detiat de pulcritudine in virili statu

ita iocundus aspectu est ut simul quoque dum videatur ter

ribilis reat. Senex autem cum ad necessarios labores corpus satisfaciat

/ cumque nichil eorum habeat que senectus infert incomoda

facile sine dolore conservatur. Vires autem sunt quibus possis | detiat de robore

quod movere cupias ita movere ut velles / movemus autem / aut

1 trahentes / aut 2 pellentes / aut 3 elevantes / aut 4 deicientes / aut

5 comprimentes. Quare robustus vel cunctis vel quibusdam

5 modorum horum robustus est. Magnitudinis vero ea virtus est / qua in | detiat de magnitudine corporis que consistit in quadam excessu

longum vel in profundum vel in latum plurimis ita prestas

cum membra debent proportionari viribus anime sic corpora celestia sunt proportionata suis orbibus (egidius).

/ ut propter magnitudinem motiones corporis non retardentur

Corporis autem certativa virtus ex magnitudine robore | detiant de bonis corporis simplicibus nunc de corporis bonis compositis que sunt duo

ostendit quod homines sunt apti ad 5 genera ludorum — velocitateque constat. Velox namque robustus quidam est qui

.i. ludi

cū pot pedes quodā pacto modo cito q; ac longe mouere cursor

est qui pmere ac retinere luctator qui pulsando pellere .i. pugil

.i. virtus generalis

cisor qui utrisq; hiis pancraciasta qui omnibus hiis pan

thalus. Senectus vero bona est que cum tarde inuadat | declarat de bonitate senectutis

etiam dolores non infert. Nam tam qui cito consenuit quam

qui tarde, sed non absq; dolore incommoda utitur senectute.

.h. dic qz si no sit longeuus no pmanebit bn fortunatus.

Verum id et corporis est et fortune. Nam et qui ualitudina

rius est et non robustus cum facile patiatur ac doleat

uiteq; breuioris sit, non est felix. est aut etiam sine robore | ostendit qz inuestigare ultimas causas longeuitatis no est pntis speculationis.

ac sanitate uis quedam alia uite longioris. multi enim

absq; uirtutibus corporis diu uiuunt, sed in presenciarum exacta orta

.s. ad ea que nunc dicenda

declarat de bonis no simpliciter internis sed quadam

horum inquisitio inutilis est. Quid aut multorum ac | textus 17

proborum amicitia sit, amici diffinitione ondetur. Est igitur

amicus qui que bona amico fore putat ei, propter ipsum agit

amicum. cui ergo multi hmoi sunt multorum, cui adhuc etiam

declarat de bona fortuna

uiri probi, is proborum amicus est. Secunda fortuna uero est

ipse iudicium permittatur. ·3· Ad hec iniquum esse iusiurandum

repellere cum eadem de re alios velit iurare. Quomodo igitur

docet combinare que singulariter simpliciter proveniunt

per singula quid dicendum sit aperuimus. patet etiam

in coniunctis ut si suscipit et nolit offerre. aut si offeret

et non suscipit. aut si offert simul et suscipit. aut

neutrum. Nam cum hec ex illis coniunguntur. horum

etiam rationes ex rationibus illorum coniungi necesse est. Et si

tractat quomodo sit excusandus iurans de periurio

ab adversario quispiam deceptus est. patet id periurium

non esse. Iniuria enim ex voluntarijs est. et periurium in-

manifestat quid dixit

iuria est. cuncta vero que vi vel deceptione fiunt in-

voluntaria. Hinc colligitur quid peierare sit. est enim

dat .2. modum excusationis periurii.

mente. sed ore non. Quod si iam adversario iuratum sit

docet nos quomodo sit incedendum si invenitur contra eos quod adversarius iuravit.

postquam determinavit philosophus de persuasionibus que se habent ex parte orationis secundum unumquodque genus in primo libro. nunc vult determinare in hoc secundo libro de eisdem ut habent fieri ex parte dicentis et auditoris.

omnia diceremus cum committere qui non servat que iuravit. Ita idcirco legibus etiam utuntur prius iurantes. et cum iudices dignum putemus ut vos iudicando ea servetis que iurastis vel et cum iudices dignum putemus ut vos iudicando ea servetis que iurastis scilicet ipsi non servabimus. et cetera que huiusmodi que amplificando quispiam diceret. Verum de comprobatione inartificiali tot dicta sint. Secundus liber sequitur

Capitulum primum. Ex auditoribus sufficiendi sunt

Ex quibus igitur suadere ac dissuadere vituperare ac laudare accusare ac defendere oportet. et que ad faciendum in eis fidem opiniones ac propositiones conducunt. hec sunt. de hiis enim et ex hiis ut seorsum de unoquoque genere orationis tractemus enthymemata dicuntur. Verum quoniam iudicii causa rhetorica est. Nam et in deliberationibus iudicant et in foro iudicium est. Necesse est non solum dare opera

primo resumit quod sunt determinata quantum ad persuasiones artificiales ex parte orationis

ostendit persuasiones sumptas ex parte auditoris et dicentis pertinere ad negotium rhetoricum

ut oratio fidedigna demonstrativa que sit: sed ut ipse quoque ac

[margin: ostendit quod ex hoc quod dictum est variatur iudicium auditoris]

iudex qualis quidam efficiatur. Nam id in consiliis pre
cipue: deinde et in iudiciis ad fidem faciendam plurimum
pertinet: ut qualis quidam videatur qui dicat. puteturque
ab auditoribus affectum se quodammodo erga ipsos esse. Ad
hec ut et ipsi auditores affecti quodammodo sint. Verum

[margin: concludit quod iudicium variatur secundum qualitates auditoris]

consilienti magis confert ut ipse qualis quidem esse videatur.
auditores autem affectus litigandi utilior. Non enim eadem

[margin: manifestat quod dixerat]

iudicibus videntur cum diligant et cum oderint, nec irate
et quiete. sed vel omnia diversa vel magnitudine diversa.
Nam rerum aut nullam aut parvam fecisse iniuriam amanti
videtur. contra vero ei qui odit. cupienti autem sperantique
si quod de futuris iocundum sit: et fore et bonum fore
videtur. contra vero ei vero qui aspernantur atque desperat.

[margin: determinat de huiusmodi persuasionibus et primo ex parte dicentis]

Ut igitur dicentes ipsi fidedigni videantur: tres cause
sunt. tria enim sunt que preter demonstrationem fidem faciunt.

prudentia. virtus. benivolentia. Alium qui dicunt aut | manifestat quod dixit
consulunt: vel pp [propter] hec omnia: vel pp [propter] aliquid horum; fallunt.
aut enim pp stultitiam non recte opinatur: aut recte senci
entes pp improbitatem non dicunt ut sentiunt. aut quamvis
recte sentiant virtuosique sint: tamen non benivoli non | ostendit non esse aliam causam preter predictas.
sunt. facile contingit sponte non optime consule. Vel igitur sunt
quare fallunt et preterea nichil. Quare necesse est, si quis
omnia videtur hec esse, fidedignum esse apud audientes.
Verum unde prudentes et virtuosi videri poterunt: ex | docet quomodo possumus nos ondere prudentes studiosos et benivolos
hiis que de virtutibus dicta sunt: sumendum est. nam ex
eisdem tam alium quam se ipsum huiusmodi quispiam efficiet. de be
nivolentia vero et amore ac universaliter de affectibus:
lectio .2. nunc dicendum. Affectus igitur sunt quibus homines | hic declarat philosophus de hiis per que fit persuasio ex parte auditoris s. de passionibus.
commoti differenter iudicant. quos simul affectus volup
tas aut dolor consequitur. ut ira. misericordia. ti
more. ceteraque huiusmodi. et hiis opposita. Sed oportet quod circa | dat modum procedendi

vniuscuiusque sunt, in tria distribuere, veluti que circa iram quomodo affecti irascuntur, quibus irasci soleant, qualibusque in rebus. Si unum solum horum aut duo et non omnia haberemus, non erit nobis possibile in iram audientes impellere. Similiter in aliis, atque sicut in superioribus propositiones ipsas conscripsimus, sic in hiis quoque faciemus distribuentes ut diximus. Capitulum 2m de ira

Sit ergo ira appetitus ultionis apparentis cum dolore propter apparentem inmeritam vel in se vel in suos contemptum. Cum igitur id ira est, necesse est eum qui irascitur semper ex singularibus irasci, ut Cleoni, sed non homini, et quoniam ei vel suorum alicui aliquid fecit vel facturus erat. Et ad omnem iram voluptatem quandam sequi propter spem ultionis; iocundum enim est si quis putat ea se consecuturum que expetit. Nemo autem que sibi videntur impossibilia expetit, quare iratus possibilia sibi expetit

ex seq[2] et p[o] de yra disfiniendo

ex diffinitione dicta excludit 2 quod sunt in ira

excludit 2m scilicet ad omnem yram seq delectatio

Itaque recte illud de ira dictum est, que defluente multo dulcior
melle in virorum pectoribus consistit. consequitur enim voluptas — *assignat 2am causam huius*
etiam quedam, et propter hoc quia dirigunt et quia in ulciscendo
cogitatione immorantur, que imaginatio voluptatem similem
ei efficit, que in somniis accidit. Quoniam vero con- — *lectio 3a*
temptus est actus opinionis in id quod nichili dignum estimatur.
mala enim et bona queque ab ea tendunt non parvi facimus
sed ea nichili pendimus, que aut nulla sunt aut minima.
tres contemptus partes erunt. despectus. detractio. contumelia. — *dividit species parvipensionis*
Nam et despiciens contempnit, que enim nichili ducimus
hec despicimus, contempnimus autem rei digna nullius, et qui
detrahit contempnere videtur. est enim detractio cum alicuius
alicuius voluntati quispiam impedimento est, non ut sibi
quidquam, sed ne illi. qui ergo nichil sibi querit. ideo contempnit
quod inde patet, quod sibi nec offuturum existimat. nam si pu-
taret timeret et non contempneret. nec in re de qua curandum

Marginalia (left): ex sequentibus de ira illa 3a quia dixit, primo diffinit parvipensionem · declarat membra · manifestat quod dixit

sit profuturus. Daret enim operam ut ab eo diligeretur. Et qui contumeliatur, similiter contempnit. Contumelia enim est detrimento atque dolore in hiis efficere in quibus turpe patienti est non ut aliud quoddam sibi fiat preter quod factum est, sed ut voluptate afficiatur. Qui enim par pari reddunt non contumeliantur sed ulciscuntur. Est autem voluptatis contumeliantibus causa quia arbitrantur malefaciendo eos magis excellere. Quapropter iuvenes et divites contumeliatores sunt, longe magis putant contumeliando excellere. Contumelie autem vituperatio propria, contempnit enim qui vituperat. Illud namque quod nullius rei dignum est nullius est pretii neque boni neque mali. Propterea iratus Achilles dicit: nullius existimavit meum namque honorem abstulit ipse ac me privavit et ut quendam nullius pretii exulem, quasi propter hec irascitur. Multum enim fieri se oportere arbitrantur a minoribus genere potentia virtute ac omnino in quo multum excellunt. Ut divites in

ostendit hic id de contumelia

ex dictis investigat causas ire in quibus habent omnes [illegible] ex parte parvipensoris.

ostendit causas parvipensionis ex parte persone parvipense.

manifestat quod dicunt non [illegible] facere ad contumeliam et causas ire.

ostendit in quibus habent [illegible] vilipensio

pecuniis pauperem superat, et orator in ornatu verborum inopem

et princeps subditum, et qui se principatu dignum putat

digni nullo existentem. Unde dictum est: Animus autem magnus est in

regibus divis, et illud: Sed certe etiam postea habet ut

ulciscatur. Moleste namque ferunt quia excedunt. Adhuc et

a quibus oportebat gratiam referri. Hii sunt quibus aut

bene fecit aut benefacit ipse vel suorum aliquis vel per ipsum,

et aut vult aut voluit. Ex hiis igitur patet quomodo

se habentes irascuntur et quibus et quas ob res. Nam ipsi

quidem quando tristantur. Nam qui dolet aliquid appetit, sive in oppositum

quis se obiciat, velut sitienti ne bibat, sive non ex oppo-

sito idem videtur facere, et sive contra faciat quispiam sive

non adiuvet sive aliquid aliud quoddam perturbet, omnibus

cum sic se habeat irascitur. Quapropter egrotantes, pauperes,

amantes, sitientes et universaliter appetentes et non

assequentes iracundi sunt et faciles incendi. Principue

Marginalia (left): manifestat quod dicat per dictum cuiusdam poete — tertio ...

Marginalia (right): addit quomodo aggravat huiusmodi iniuria ut cum ipse quem ... metuit — hic philosophus ostendit qualiter dispositi irascuntur quod erat primum — ostendit qualiter se habentes irascuntur — concludit intentum — ostendit quomodo ... huiusmodi ... quod molestat ... principalis

et maxime adversum eos qui in prospera fortuna se contempnunt

velut egrotus eos qui in morbum / pauper eos qui in pecuniam

militans eos qui in militiam / amans eos qui in amorem

et in ceteris similiter (preparatur enim quilibet ut unicuique — ostendit quod est alia molestia cuiusmodi

irascatur / a turbatione que in ipso est) deinde si forte opposita — ostendit quod contristantur et irascuntur hiis quibus accidit ad inspectum

expectabat maiorem enim infert dolorem quod magnum est

et preter opinionem / quemadmodum etiam delectat si preter

opinionem factum sit quod optavit. Hinc tempora quoque et dispositiones

et etates patent. que nam aptiores ad iram sint. Irascuntur — lectio 7

autem deridentibus primum et subsannantibus atque conviciantibus

omnes enim contempnunt. deinde hiis qui ita officiunt ut — declarat que sunt signa contumelie

contumelie causa fieri videntur (preterea maledicentibus — ostendit quomodo augmentatur ira hiis qui in ipso experte rei sunt de despectis

et vilipendentibus ea quibus ipsi maxime student. ut qui philosophia

glorientur philosophiam. qui forma formam contempnentibus

et in ceteris similiter. longe vero magis irascuntur in hiis. si — ostendit quomodo augmentatur experte per despecte.

suspicati fuerint non esse in eis vel penitus vel non valde

huiusmodi autem facta sunt que nec aliorum rerum gratia nec utilia sunt facientibus. hec enim contumelie causa videntur /

Supra ostendit quales sunt qui irascuntur / nunc ostendit quales sunt quibus irascuntur. et primitus intendit.

vel opinione hominum, ea in quibus increpant, tamen vero vehementer

sibi inesse ea putant non putabuntur. Ad hec amicis — on quinto augmentatur yra ex parte despicientis

magis quam inimicis putant et oportere magis ab illis sibi

beneficii quam non. Et assuetis honorare ac multi facere si — ponit 3es consideraciones glo ynisti... despicientis nos ex ancie ...

dat eas
non sic erga ipsos se habeant; parvipendi enim ab hiis arbi

2. consideratio
trantur. Idem faciunt etiam si qui non remunerat nec

3. consideratio
equalia reddit, et opposita facientibus si minores sunt

oto
oto | nam hii omnes contempnere videntur. hii quidem quasi

minores, illi vero quasi a minoribus, et hiis maxime qui — ponit consideraciones sumptas ex parte hic cui glo ...

nullius opinionis sunt si contempnunt. Nam et suppositum est

ira ex eo cum quis immerito contempnit, et par est ne a mi

noribus maiores contempnantur. Amicis autem si non bene — ponit 2as consideraciones per comparacionem ad amicos

dicunt aut faciunt, ac multo magis si contraria vel dicunt

vel faciunt, et si non adaduertunt egentes ipsos sentit et plexippus

ture phontis meleagro. Nam cum que non bene curet sunt non lateat

Lectio 6a — contemptus signum est. non aduertit. Et hiis qui in adversa — hic ponit 3es consideraciones per comparacionem ad eos qui se habent ac si cum ymmici...

oto hii quidem quasi minores. ut ... si maiores se putant sobrio ... ebrioso ... contempnunt ... Illi vero qui ... non ... videntur ... ab ... minoribus ... et qui opposita facit ... hec ... [illegible]

sua fortuna gestiant: aut oio gtenti ee videant/ nam vel

inimicitiaz vel gteptus id signu est | 2. osidatio Et hijs qui iis timat

si dolorem intulerint quia de re maiorum indijs etiam irascunt

| 3. Et hijs qui audiunt vel oculis mala eoru cernunt quippe cu

aut contemptoribus aut inimicis similimi sint. Amici em

condolent Ac omes qui sua mala considerat (dolent pre- | ponit 2as osidationes ?ut hoies irascunt? ?pisp de tibus ptinentia ad ipos po.

terea hijs qui apud hos quoqz contepnunt/ apud quos honorari

cupiunt/ quos admirant/ quibus mirabiles videri cupiunt

/ quos verent. et demu apud illos qui eos verent. 2. osidatio px apud

hos omes si quis contempnat eis valde irascutur. Et hijs

qui eos contepnunt quibus insi succurreat turpe est, ut parentes

liberos. vxores. subditos. et in gratis contepnunt eni qui | ponit 3. osidationes sm q hoies puipenduntur in ipis

non agunt ut par e | 2. osio et illudentibus studia sua apud studio-

sos/ nempe illusio ex contemptu pficisit | 3. et hijs qui cum

in ceteros liberales sint. erga se non sunt: contempni eni

videtur cum solus indignus iudicatus sit (ad haec omnia oblivio | declarat qd dixat

quoque iram efficit, veluti et nomine eius res intima sit
quippe cum ipsa quoque signum esse contemptus videatur, prescripsit
explegat. s. dicta
enim quod negligentia. negligentia vero contemptus est, quibus igitur
irascuntur qualiterque se habentes et quas ob res dictum est patet. — adaptat que dixerat de ipsa ad propositum
aut opus esse ut oratione tales orator preparando efficiat, quales
sunt qui ad irascendum sunt apti, adversarios autem hiis rebus
reos propter quas irascuntur ac tales quales quibus irascuntur.

Capitulum 3m de mansuetudine

hic philosophus tractat de mansuetudine et dat primo nominis proprietatem eius ipsam.

lectio 7

Verum quoniam irasci et mansuescere contraria
sunt et ira mansuetudini, considerandum
nunc est quomodo se habentes mansueti sunt, et quibus et quas
ob res. Sit igitur mansuetudo depressio ire atque sedatio. — Quid est mansuetudo

ex sequela illarum ... omnes ... mitescunt

Si vero contemptoribus irascimur contemptus quoque voluntarius
est. Manifestum est hiis qui nichil horum faciunt aut inviti
faciunt, aut huiusmodi videntur, mansuetos ac mites esse. Et hiis
qui contraria vellent quam fecerunt, et omnibus qui in se ipsos etiam

in equali ponit 3 ... ex parte involuntarii

huiusmodi sunt, cum nemo seipsum contempnere videatur, et hiis qui penitent
et fatentur; nam quasi penas sustinuerint quod dolent factum
cessant ab ira. Huius signum in punitione servorum sentire possumus. manifestat quod dixerat per exemplum
negantes enim atque contradicentes multo magis punimus, cum vero
iuste se puniri confitentur cessamus ab ira. Cuius causa (dat causam dicti) quia
manifesta negare impudentia est. Impudentia vero con-
temptio est atque despectus. Quare quos valde despicimus eos
non veremur. Preterea hiis qui humiliter se gerunt mores con- ponit quartam conditionem ex non presumptione
trarium iratis, videntur enim minores se fateri, minores
vero metuunt, et metuentes nullus contempnit. Quod autem humi- manifestat quod dixerat per signum
litate ira sedatur, canes quoque ostendunt, qui sedentes non
mordent. Et hiis (.2. conditio) qui studiosi erga studiosos sunt non enim
contempni sed multi fieri videntur. Et hiis qui maiora largiti
sunt et rogantibus ac deprecantibus humiliores enim. Et hiis
qui nec contumeliatores nec subsannatores nec contemp-
tores aut nullius aut non bonorum aut in talium quales

2

ipi omnis aliter vero ex contrariis mitigatiua consideranda sunt | concludit ex hiis que opposita sunt contraria lre.

de contrario 3 conditiones | Preterea hiis quos timent et quos verentur. Nam quamdiu sic

se habent non irascuntur impossibile enim est timere simul atque irasci

2 | Ad hec hiis qui ira concitati fecerunt. aut non irascuntur

aut minus irascuntur / non enim videntur contemptu fecisse / nullus

enim iratus contempnat. est enim contemptus absque do

lore / ira vero non sine dolore | 3 hiis etiam qui ipsos verentur

Lectio 5 | Qui vero mites sunt contrario se habent quam qui irascuntur | hic ponit 2 conditiones ad ostendendum quales sint mitescunt

eos patet mites esse / veluti in ludo in ioco in die festo in

felicitate in successu in consummatione ac omnis aliter

in non dolendo et in laudabili voluptate ac spe honesta

2 conditiones — 1 conditio

Insuper eos quibus iam diu est ex quo perturbati fuerunt | sedat | ponit 3 conditiones ordine quam in nature hic esse

2 conditio

enim iram tempus | sedat autem etiam maiorem hominis

3 conditio

nam sumptum ab alio prius supplicium / quo circa recte

philocrates cum ei quidam dixisset cur te irate plebi

non purgas. nondum inquit oportunum. quando igitur. cum alium

inquid condempnatu video / mansuescunt enim cum iram in alium effuderint. Et ergo philo contingit: quem cum magis in eum furerent quam in calisthenem morte condempnaverint facile absoluerunt. Et preterea maiora incomoda passi sunt qui deliquerit quam irati eos affecissent: quasi enim supplicium subpsisse arbitrantur / ad hec si intulisse ipsi putant iniuriam at ideo non iniuria vexari / non enim quod iure facto aut dicto ira prestitatur. Cum ergo immerito vexari arbitrantur quod ira erat odore castigandi sunt. Quare vel servi si castigati nunquam moleste ferunt cum permanent. Item si ignorat eos putat quod propter atque pro hijs que passi sunt. Ut enim ex diffinitione patet ira in singulari est. Quare recte dictum est a poeta / ulixem dic verbum expugnatorem. quasi non ultus nisi et a quo et propter quem cognovisset. Neque nec ceteris qui non sentiunt irascuntur nec defunctis quasi iam extrema passi / nec dolituri / nec cognituri sunt

· manifestat quod dicat per quedam exempla.

tum quam prius calistenem

· ponit signum de ira.

· 2o vero propter quod irato multum obiurgare.

concludit quod non est irascendum non irascentibus

quod ir[...]

quod irati cupiunt. Quapropter poeta cum Achillis iram sedare vellet quam in Hectorem iam mortuum gerebat dixit: surdam enim terram iratus vexat. Iam ergo patet si sedare iram volumus ex hiis locis ita dicendum esse ut et auditores ipsos tales faciamus et quibus irascuntur eos aut timendos aut verecundandos aut gratos aut invitos fecisse aut factum dolentes ostendamus. Quos autem amant aut oderunt, amicitiam et amare, hiis primo diffinientes dicamus.

adaptat quod dixit de mansuetudine ad artem rethoricam

Lectio 9.

Capitulum 4m de amicitia et amore et eorum contrariis.

Sit igitur amare velle alicui que bona putet illius non sui gratia, eorumque activum esse in posse. Amicus autem est qui amat et redamatur. Itaque amicos se putant qui sic se ad invicem habere putant. Hiis itaque suppositis eum qui et in bonis congratulatur et in dolore condolet non alia de causa nisi illius amicum esse necesse est. Omnes enim gaudent si ut volunt fit; sin contra

hic philosophus determinat de amore et odio

et sequitur et primo diffinit amorem et amicitiam

diffinit amicum

ex diffinitione [illegible] gaudium mutuum [illegible]

dolent. Quare dolores ac voluptates voluntatis signum

sunt. Itemque quibus iam eadem bona ac mala sunt. Et

qui eisdem amici et qui eisdem inimici non hiis eadem

velle necesse est. qui vero eadem sibi ac alii vult. hic ipsa

de causa illi amicus esse videtur. Amant etiam eos qui vel

bene fecerunt aut ipsis aut hiis quorum sibi cure sunt. presertim

si magna. si libenter. si temporibus huiusmodi sintque grata vel constituque

benefaciendi voluntate hoc opinantur. Insuper amicorum amicos

et amantes quos ipsi amant. et amatos ab hiis qui

a se ipsis amant. et eisdem inimicos. Et eos qui oderint

quos ipsi odio habent. et inimicos inimicorum. Nam hiis

omnibus eadem esse bona et sibi videntur. Quare bona ipsis

volunt quod erat amici. Ad hec beneficos in pecunia et

salute. quo circa liberales ac fortes colunt. Iustos quoque

tales autem esse putant eos qui non aliunde vivunt. quales

qui ab operando horumque qui ab agricultura. aliorum vero

Marginalia (left):

ponit 3 conditiones de amore scilicet amicitia quantum ad omnes quibus homines sunt amici

ponit conditiones similitatis ex parte beneficentie

ponit conditiones similitatis ex parte inimicitie

oportet nos diligere eos qui bene fecerunt

ponit 2 conditiones omnes iustos esse diligibiles.

Marginalia (right):

si temporibus huiusmodi i. in necessitate ac inopia et cum valde [illegible]

Insuper amicorum amicos in hiis omnibus amant vel amamus si [illegible]

2. conditio — 3. conditio

opiniones maxime. Modestos etiam qui non iusti et propterea

4. conditio

etiam non curiosos. Et eos quibus amici esse volunt. si velle

Non curiosi. hic dicit qui res alienas non investigant tamen iusti et modesti videntur.

videntur, quales sunt qui virtute excellunt et clari, vel

apud omnes. vel apud optimos. vel apud eos quos ipsi ad

Lectio. 10.

mirantur et in hiis in quibus ipsos admirantur. Preterea

hic ponit conditiones quibus debent esse circa expte complacentie ut delectationis

iocundos in consuetudine conversationemque diuturna, quales

sunt faciles et neque peccata redarguentes. neque contenciosi

. neque pertinaces. nam omnes hii pugnantes sunt. pugnantes

vero non eadem, sed opposita velle videntur. Id hoc tum

ponit X conditiones tenendo de hiis breviter

illud quod sufferre apti, ab eadem enim utrique tendunt cum

tum et illudi et illudere apte possint. 2. Item eos qui propria

bona laudant et ea maxime que ipsi timent amittere.

3. Mundos quoque facie veste tota vita 4. et non exprobrantes

nec errores nec beneficia, utrique enim arguendi cupidi. 5. Item

eos qui maleficia obliviscuntur, qui crimina memoria non

tenent, sed faciles reconciliuntur. Nam quales erga ceteros

Vel apud eos quos. ut si ego admirer ciceronem in eloquentia si apud eum demostenes clarus in eloquentia est. i. si ciceroni videtur excellens in dicendo demostenes tunc ipsum ego quoque demosthenem admirabor. hic Ca. Rap.

ee putamus tales etiam in nos futuros arbitramur. Item 6.

non maledicos et tamen aliorum que sua mala ignorantes

sed non bona. talis enim agere boni est. 7. Preterea non contra dicentes

irascentibus aut studiose quicquam agentibus pugnaces enim

qui sic faciunt et eos qui erga nos sic affecti sunt ut 8.

nos admirantur virtuososque putent nobisque gaudeant

ac ita maxime hiis in rebus affecti sunt in quibus

magnopere volumus studiosi admiratione que digni ac iocundi

ponit 2as conditiones ad cognoscendum quibus homines amicitur vel similitudinis pri[illegible] ex parte actionis · 2 · ex parte desiderii

videri. Preterea similes eademque [illegible] sitentes nisi turbent

et nisi eadem ex re vite subsidia consequantur. hoc enim

2 · conditio

pacto illud fieret. figulus figulo. eadem etiam cupientes

si possibile sit simul ipsos participare. Quod si non idem

hesiodicum similiter sequitur. eos preterea erga quos ita amicitie. 6. conditiones summas ex consuetudine · in una

se habent ut non vereantur si ea contempnant que ad gloriam

+ pertinent. 2. et eos apud + quos iactabundi sunt. 3. et eos quos

emulatores sed non invidos habere vellent 4. aut amant.

+ quos ea habere que ad virtutem et eos a [illegible]

aut illius amici esse vellem et quibus bona cooperantur ne

sibi ipsis maiora eveniant mala. Item eos qui absentes similiter *[margin: ponit 3as considerationes sumptas ex parte honoris]*

atque presentes diligunt. Quocirca qui in defunctos huiusmodi sunt

hos omnes amant. et universaliter studiosos nimium in amicos

neque derelinquentes. Nam ex omnibus bonis boni amici summopere

[2a consideratio]

diliguntur. et eos qui nichil eis fingunt neque dissimu

lant. huiusmodi sunt qui vel mala sua nobis aperiunt.

[margin: scilicet apud adversos simpliciter [illegible] quod ad opinionem simpliciter [illegible] [illegible] est] dictum enim est non vereri homines sed apud amicos que ad

opinionem. Si ergo qui veretur non amat, qui non veretur amatori

[3a consideratio]

similis est. Preterea non timendos et quibus confidimus. nullus *[margin: ostendit propter quod habet esse amicitia et quod est factivum amicitie et sunt 3es]*

enim amat quem metuit. Sunt autem amicitie species sodalitium,

familiaritas, propinquitas et quecumque huiusmodi. Amicitiam vero efficiunt

gratia et si feceris non rogatus, nec significaveris cum feceris.

[margin: Lectio 11] sic enim ipsius causa videberis et non ob aliud. De inimi *[margin: ostendit que sunt factiva inimicitie]*

citia autem et odisse patet ex contrariis esse perspiciendum.

Huius efficientia sunt ira, detractio, calumpnia. Sed ira ex hiis *[margin: dat differentias inter odium et iram]*

et que ad scriptum pertinent / inimicitia vero etiam sine illis.

Nam si talem esse suspicabimur odimus. 2. differentia preterea semper

ira in singulos ut socratem calliam / odium vero etiam

in genera omnes namque calumpniantem atque furem oderunt.

3. Sed alterum tempore sanabile alterum non. 4. Ad hec ira dolorem

inferre cupit. odium non affligere potius. 5. nam qui irascitur

cognosci vult / hic vero non curat / sunt autem cuncta que dolorem

faciunt sensibilia / que vero maxime vitia sunt. ea

minime sunt sensibilia / velut iniusticia et amentia

non enim infert dolorem presentia vitii. 6. itaque alter cum dolore

est alter absque dolore. dolet enim qui irascitur / qui odit

non dolet. 7. et ille multis motus miserebitur. hic nullo pacto

8. nam ille invicem dolere ipsum vult. cui irascitur. hic

vero non esse quem odit. Ex hiis igitur patet quod sit possibile

inimicos atque amicos / et cum sint ostendere / et cum non sint

facere et cum se esse significant. dissolvere / et vel propter ira vel

adaptat que dixerat ad artem de amore et odio ad artem rethoricam

Sed alterum tempore sanabile alterum non / furti cupiditas et consuetudo sanabilis / tempore est non autem propter furem sicut / nec iracundia propter vino [illegible] / [illegible] si [illegible] impossibile fi/ebat calumpniator vero est sana/bilis tempore nulla enim [illegible] / [illegible] solo ad vitio calumpni/atur ideo propter dignum est. fur / autem ex [illegible] ex odio / in amorem [illegible]

ostendere scilicet quod sint / + constituere scilicet dicens / dissolvere + constituere / dicens ipsos

Ad hec ira dolorem inferre cupit. magna differentia est inter iram et odium odit / quippe cum odium semper durum sit nec mediocre. Ira vero etiam laudabilis. et ira dolorem inferre studet ille in quem commota est ut si doleat penitentiam factura sit id est quo ira concitata est / ideo penitentia confessio placat ipsam. odium non affligere optime [illegible] quod homines cupit. Item propter quod irascitur cognosci vult magis enim cupit penitentiam et confitere peccatum videlicet illud cui infert quamquam odit nisi perimi que odit [illegible] non vult cognosci. Nam omnia que dolorem faciunt sensibilia sunt / sentit enim dolorem cui irascitur. que autem maxima vitia sunt non inferunt dolorem [illegible] nisi per accidens sicut invidia [illegible] quo proprie odium [illegible] trahit. [illegible] qui vere irascitur [illegible] non potest. Odium vero et invidia [illegible] [illegible] non placantur [illegible] magis confessione peccati [illegible] aut virtute ulla [illegible] homines [illegible] [illegible] / [illegible] credite /

pp inimicitias dubios / utrum in ptem uellis impelle. Quare

aut timeant, et que quomodo habentes nunc erit ma

nifestum.

Capitulum 4m de timore et eius contrario.

Lectio 12

Sit ergo timor ex ymaginatione futuri mali corruptiui aut dolorem inferentis / pturbatio quedam aut dolor | non enim cuncta timemus mala ut si erit iniustus aut tardus sed quecumque uel magnos dolores uel corruptiones adducunt. et ea que non longe absunt, sed ppe uidentur / ut iam impendeant / remota namque nimium non timent. omnes enim sciunt se morituros, uerum quia non ppe / ideirco non curant. Si ergo id timor est. necesse est ea terribilia timenda esse quecumque ingentes habere uires corrumpendi aut ita nocendi, ut nocumentum ad ingentem tendat dolorem. Quare signa quoque istorum timenda ppe namque ondunt esse, est enim periculum timende rei appinquatio / talia uero sunt inimicitia et

hic phus determinat de timore et audacia pmittendo itentum

exponit se

ondit q̄lia homines timent q̄ sunt principium illorum etc.

ondit signa eorum esse timida

quod timet

Quid sit periculum

rea potentiā quispiā facere nam cum non careat velle ac posse | pbat q dixat

ipos ipse iam ad faciundū sunt. Item iniustitia vires hns

cor. eni q velit iniustus iniustus est. Virtus quoq si con

tumelijs afficiatur vires sibi hēat patet eni qd vult cum

semp improperetur. Potest aūt iniu et timor potentiā

quitis face. nam in pparatione quoq huius ee iure est.

| poit. h. 9siderac̄es qns q debet timere. | at qm plures licere faciunt timendaq in periculis sunt

) decto in ptate alterius ee timore inferre ut plurimū natū

est. Quare conscij quempiam pperam fecisse timent

. 2 . 9sto

ne aut dicant aut deferant | Preterea potentes semper

iniuria illis terribiles qui possint iniurijs affici. hoies

3.

namq ut plurimū cum possint iniuriant | Ad hec qui

passi iniuriam sunt aut pati se putant. semp eni opor

4.

tunitate expectant | qui etiam iniuriā intulerunt

si vires habeant terribiles timentes ne cont referat

5.

qd terribile ac timendū ee suppositū erat | et qui de eisde

certant cum utrisque simul eadem esse non possunt. hii enim semper

pugnant. Et qui a maioribus timentur. hii etiam a mi-

noribus cum possint minoribus magis quam maioribus obesse

Et quos maiores timent. et qui meliores interemerunt

Et qui minores quam ipsi sunt aggrediuntur eadem de causa

nam aut iam terribiles aut cum creuerint. Preterea ex

affectis iniuria et inimicis ac aduersariis non qui acute

ire sunt atque innatos. sed tranquilli, dissimulatores ac uer-

suti latent enim qui prope. Quare nunquam timendi quam longe

Cuncta vero que timorem inferre possunt terribiliora

sunt ut si cum errauerit non possis corrigere. Verum aut

omnino impossibilis sit correctio aut non in seipsis sed in ad-

uersariis. Item ea in quibus auxilia non sunt aut non

facile sunt. Ac ut simpliciter dicam terribilia timendaque sunt

que cum in alios fiant aut immineant miserabilia

sunt. Terribilia igitur et que timemus nunc dicamus

hec fere maxima sunt que nos uero affecti timemus

Ponit quartum quod consequitur secundum comparationem excellencie

Ponit consequentia ad cognoscendum excellentiam terribilis per latentiam

docet excellentiam terribilis per non pucioem

Ponit consequentia ad cognoscendam potentiam terribilis ex defectu auxiliorum.

lectio 13.

hic tenet philosophus qualiter dispositi timent

ex seq. in bli.

Si ergo timor est cum expectatione corruptiue passionis manifestum est quod nemo timet qui arbitratur nichil eorum se passurum nec eos a quibus non putat nec tunc qn non putat. Quare necessarium est eos timere qui se aliquid passuros arbitrentur et ab hijs et hec et tunc. Non putant autem quicquam posse pati nec qui ampla infortunia sunt qui id circo contumeliatores contemptores ac audaces sunt tales uero efficiunt diuicie, vires, potencia, amicorumque multitudo. Nec qui iam perpessos omnia se grauia putant quorum spes extincta veluti iam qui in supplicio sunt sed opus est salutis subesse spem pro quo perhorrescunt. Cuius signum quod timor ad consulendum inducit. nemo enim de re consulit de qua nulla spes apparet. Quare opus est quando melius sit auditores in timore inducere tales ipsos reddere ut credant se pati posse cum et alij maiores passi sint similes quoque aut pati aut passos ostendens et

specificat quod dixerat

ponit 2as consideraciones vnde quis non timet

manifestat per seq. quomodo quis sit in angustia et desperati non timet

ostendit quomodo sit succurrendum hominibus timidis

ab hiis a quibus non putabant et hec, et tunc cum non pu-

Lectio · 14 · tabant. At quoniam patet quid timor sit, quid timendum — determinat de audacia

et quomodo se habentes singuli timeant, ex hiis etiam

manifestum fit quid confidere sit et in quibus homines con-

fidant et quo pacto fidentes affecti sint. Est enim fidu- — exsequitur et declarat illa tria et primo quid est ausibile

cia timori contrarium est et id quo confidimus ei quod ti-

memus. Quare spes est simul cum ymaginatione rerum

salutarium quod prope adsint, cum terribilia vel non sint

vel longe absint. Sunt autem in quibus confidendum est — ostendit quomodo pericula longe existencia et prope sunt ausibilia

et parvula cum longe absint et secunda cum prope adsint

correctiones quoque si sint et presidia vel multa vel magna

ostendit erga quos homines sunt ausibilia — vel utrumque. Item si neque affecerint neque affecti in-

iuriis sint, si adversarii omnino non sint aut non habeant

potentiam aut si habeant amici sint vel bene meriti

de nobis vel de quibus nos bene meriti. Item confert si

plures in eisdem sint aut meliores aut utrumque. Ipsi vero — ostendit qualiter se habentes non timent et hoc per comparationem ad experientiam

fidentes sunt si ita se habeant ut multa gessisse se putent

et non periclitasse aut sepius in pericula devenerint et eva-

serint; dupliciter enim impassibiles homines solent fieri aut — manifestat quod dixit

quod experti non sunt aut quod auxilium habeant veluti in periculis

marinis et qui inexperti tempestatum sunt confidunt de

futuris et qui opitulari sibi possunt quia experti. preterea — ponit 5 confidentes ad idem quam ad alias acceptiones

si non terribile paribus sit aut minoribus et quibus meliores

se putent; putant autem hiis se meliores quos ipsos vel

eorum pares aut etiam meliores superaverint et si plura et — 2 confidentia

maiora sibi inesse arbitrantur quibus contingat timendi

sunt. ea sunt pecunie magnitudo corporis vires opes regi-

onis amicorum apparatus quoque belli aut omnis aut maximi.

et si neminem iniuriati fuerint aut non multos aut non — confidentia — 3 confidentia

tales quales metuerentur et universaliter si pie in deos sint — 4 confidentia

et tam cetera que diis attribuuntur bene se habeant quam omnia

et oracula. Nam ira huiusmodi est ut ea confidere possint. — assignat racionem dicti

non afficiunt aut iniuriis sed afficti, nec effectivum est ex eo

deus iniuria vexatis opitulari credunt. Quod haec tum pre — † hec consideratio

venientes vel nichil se passuros vel perfecturos arbitrantur.

Verum de terribilibus et de hiis quibus confidunt dictum est

Capitulum 6m de verecundia et inverecundia.

Lectio 16.

circa sequentia diffinit erubescentiam

hic philosophus tractat de erubescentia que est effectus timoris erga quem est effectus amoris.

Que autem verecundentur et que non et quos et quomodo se habentes huic planum erit. Sit ipsa verecundia dolor quidam atque perturbatio ex malis aut presentibus aut preteritis aut futuris que infamiam inferant. — Quid sit verecundia

Inverecundia vero contemptus quidam circa hec atque impassibilitas. — Quid sit inverecundia

Si ergo id verecundia est, necesse est in hiis malis erubescere que vel ipsi vel hiis qui sibi cure sunt dedecora esse videntur, qualia sunt que a vitio proficiscuntur, ut scutum amittere aut fugere, quoniam ex metu; negare depositum, quoniam ex iniustitia; commisceri quibus non oportet vel ubi non oportet vel quando non oportet, quoniam provenit ex libidine. Preter

ex dictis sequitur 3a suppositio quia erubescitur de malis voluntariis et moris

deviat in spacio et primo ut de compositis ... et primo ut de verecundia

2a consideratio de iniustitia

3a consideratio de intemperantia que non curat de prudentia

... consurgit ab aliis maliciis ... sunt iniusti

ex lucro [ex pravis] assequi aut a turpibus aut ab impotentibus. velut
a pupillis vel defunctis unde proverbium quoque illud est, vel mor-
tuo auferret. que ab avaritia et illiberalitate. Ad haec si non — ostendit quomodo oritur a stulta illiberalitate.
opitulari pecunia cum possis aut minus quam possis et iuvari
ab hiis quibus minor facultas est. et mutuo accipe-
re cum petere videaris. et petere cum exigere. et exigere cum petere.
et laudare ut petas. nec minus hiis petere et non consequi
haec enim omnia illiberalitatis indicia sunt. presentem autem — ostendit quomodo fit crudelis ab adulatione
laudare. adulationis. Item si bona nimis laudes et prava
defendas. Ad haec si vehementius dolenti condoleas. ceteraque
huiusmodi. cuncta enim adulationis sunt signa. Ad haec si labores — ostendit quomodo oritur a mollitie
non feras quos aut seniores aut qui in deliciis vivunt
aut qui minores sunt in potestate ac universaliter imbecilli-
ores. omnia enim mollitiei haec signa. praeterea ab alio bene- — ostendit quomodo oritur a pusillanimitate
ficia suscipere et saepius que tu benefeceris exprobrare. haec
enim omnia pusillanimitatis deiectionisque signa sunt. De se — ostendit quomodo oritur ex iactantia

quoqz multa dicere ac polliceri · et aliena sua esse predicare ·
arrogantis enim / eodemqz modo in ceteris more vitijs opera
signa · temperia / turpia enim sunt et effectiua verecundie
Ad hec eorum esse honorum expertem de quibus omnes aut | on^t quam oritur ab alijs q possunt nobis inesse natura
pares omnes aut plurimi participant · pares vero dico e
iusdem gentis ciuitatis · etatis propinquitatis / et vniuersaliter
in equalitate constitutos / turpe namqz si non participes
velut de disciplina / et intantum / similiterqz alijs que omnia
maiorem inferunt ignominiam si eorum tu causa sis siue
preteritorum siue presentium siue futurorum · patientes aut passi | on^t erubescibilia q possunt esse coacta
aut passuri quecumqz in ignominias atqz obprobria
ducunt verecundantur (que sunt que ad ministeria | exponit que sunt ista
pertinent / vel corporis vel operum turpium / que vitupe
ratione pariunt · et que quidem ad libidinem pertinent | dat differentiam inter ista
et volentes et inuiti / que vero ad vim inuiti / ignauia
enim timiditatisqz sufferre ac perpeti / et non se defendere

supius tractauit quod sunt erubescibilia hic tractat apud quos homines erubescunt et reperit de speciebus

(·que igitur verecundantur· haec et huiusmodi talia sunt. [Q]uorum Lectio·16·
quoniam verecundia ymaginatio est de ignominia, et de hac
sui gratia sed non propter eventus· nemoque de opinione curat probat quod dixerat
nisi propter opinantes eos verecundari, necesse est· quos multi
faciunt· multi autem faciunt admirantes et quos admirantur exponit quod dixerat in libro
, et quos de se admirari vellent, Et a quibus honorari
cupiunt, Et quorum opinionem non contempnunt. Ami- exponit magis in speciali
rari igitur de se hos volunt. Mirantur autem eos qui aut bono-
honorabilium quippiam habent, aut earum rerum domini sunt
quas ipsi vehementer cupiunt, ut amantes ad pares quidem
gloriantur. prudentes vero tamquam veraces magnifaciunt.
quales sunt senes aut docti. Verecundantur praeterea ostendit quae sunt ea in quibus erubescunt
tantum quae oculis cernuntur quam quae patent. Unde proverbium
quoque fertur. verecundiae est in oculis. Idcirco semper ponit .5. considerationes speciales ad cognoscendum quos erubescunt
affuturos magis verecundantur et observantes ipsos, qui
utrique prae oculis. Et eos qui eisdem turpitudini non sunt

obnoxii. persuadent enim sibi errantes contraria illis videri.
Et eos[3] qui non facile ignoscunt. non enim indignantur
cum alii ea faciunt que nos ipsi quare si non faciunt
patet quod indignantur. Et[4] eos qui ad multos libenter of-
ferre solent que preceperunt. nichil enim interest inter non
videri et non offerre. Huiusmodi autem sunt et iniuriis oppressi
ipsi observant et maledici. nam si etiam innocentibus
multomagis nocentibus. Et[5] eos qui vitam in peccatis aliorum
agere videntur. quales sunt qui omnia reridere solent. et
satyrici et comoedi. maledici enim ac libenter offerentes
ad hec quos nichil unquam frustra rogaverunt. quasi enim
admiratione sui affectos illos putant. Idcirco eos quoque exponit quod sunt illi qui sunt mirabiles
qui nunc primum aliquid rogarunt verecundantur. qui
nondum quicquam ab ipsis petierunt. quales sunt et qui modo
volunt amorem alicuius sibi reconciliare. que enim optima
sunt perspexerunt. ideo probe siracusanus reddit euripides

ostendit quod non solum certa homines erubescunt. sed etiam signa eorum

et veteres familiares si nullius rei conscii sunt. Pudet
igitur homines non dictorum solummodo verum sed etiam signorum
ut non solum rem veneream agentes. verum etiam rei veneree
signa. nec solum turpiter facientes. sed dicentes quoque

ostendit hoc idem per comparationem ad eos quos erubescimus.

Similiter non solum predictos verecundantur sed eis

ostendit quorum non est erubescentia

etiam significaturos ut servos atque amicos eorum. Omnino
aut non pudet nec eorum de quibus communis opinio est quod
vere non dicant, unde nemini bestiarum puerorumque pudet

ostendit quod non eosdem in eisdem omnes erubescimus

nec notorum hominum nec ignotorum simul eo in eisdem. sed
notorum in hiis que ad veritatem pertinere videntur ignotorum

hic philosophus ostendit qualiter dispositi erubescunt dando per diversos modos.

vero in hiis que ad legem. Ipsi autem sic affecti erubescunt Lectio 17.
primum siquidem tales ad eos sint quales et diximus quos
verecundantur. ut quos admirantur aut qui de se ipsis
admirantur aut quos vellent de se admirari aut quorum
nire aliqua egent quod non assequitur si erunt infames

subdit istud membrum ultimo dictum

et illis uel oculis videntes sicut Cydias de Samiorum divisione

· 2 ·

agrorum ad populum dixit. Rogabat enim athenienses ut cir-
cumstare grecos omnes fingerent nec quasi audituros
solum, verum etiam iam videntes decretum suum. vel si
prope illi sint vel si sensuri sint. idcirco cum in adversa
fortuna sint numquam vellent ab emulis videri. admi-
rari enim de emulis solent. preterea cum res gestas habeant
quas contaminare videntur aut suas aut maiorum
ac aliorum quibus cum non nulla ipsis sit necessitudo et
omnino pro quibus ipsos pudet et quales sint quos iam
significavimus et qui ab eis instituti sint, quorum doctores
aut consiliarii fuerunt, et si qui alii similes sint quos sibi
honorificos putant. multa enim cum propter illos pudeat et
faciunt et non faciunt. Item cum visum iri necesse sit in
apertoque versari verecundi magis propter conscientiam sunt.
Hinc poeta quoque anthipho ad supplicium a dyonisio mis-
sus cum eos vidisset qui secum morituri erant, capita

[Margin, beside line 6: ori. qualiter dispositi erubescunt respectu ipsorum erubescent]

[Margin, beside line 13: ordinat qualiter dispositi erubescunt ... erubescere]

relasse per portas exeuntes, quid ita facerem inquit attul

tatis an ne eras quispiam horum nos indicaturus? Ac de

pudore quidem habetur; de impudentia vero patet, ex contrariis

esse inveniendum.

Capitulum Septimum de gracia.

hic tractat [illegible] de gratia [illegible] amor

Graciam autem quibus habent et de quibus et qualiter — Lectio 15

se habentes, sit graciam quid sit diffinientibus ma-

nifestum erit. Sit igitur gracia per quam dicitur roganti esse — Quid sit gratia

aliquid facere non pro re alia, nec ut sibi quicquam qui

faciunt, sed ut illi faciunt; magna vero erit aut quia — manifestat quando [illegible] concupiscentes gratia sunt

rogantes egeant nimium, aut quia magna et difficilia

rogant, aut quia in temporibus huiusmodi, aut quia solus, aut

quia primus, aut quia maxime rogationes autem appetitiones — quibus habent gratiam ab indigentibus.

sunt, harumque maxime que sunt cum dolore aliter

facti, quales sunt cupiditates ut amores, et in afflictionibus

corporis et in periculis; periclitans enim cupit similiter et dolens.

Quias obres qui in paupertate ac in exilio affuerunt

Rogationes autem appetitiones sunt. Rogationes ille sunt maxime appetitiones sunt que cum dolore aliter facti ut si amans rogat amicum dolore afficitur nisi pro [illegible] si aliter fiat quam ipse rogat.

etiam si qua fecerint · tamen pro petitionis magnitudinem
atque tempora grati sint, ut ille qui in lycio fiscellam dedit
Oportet igitur maxime in gratis subvenisse. qui si non
at inequalibus vel maioribus. Quare si manifestum
est quid et in quibus gradus sit et qualibus quantitatibus · patet quomodo
ex demirandum alios vel ex vel fuisse in huiusmodi inopia
et dolore alios in ea inopia succurrisse tale quid fa-
cientes. Patet etiam quomodo quibus locis tollere gratiam possimus
at non gratificatos ondere. Nam aut qui sui causa faciunt
aut fecerint quod gratia non erat. aut qui forte inciderit ut
facerent. aut qui coacti fecerint. aut qui reddiderint non
dederint sive sciverint sive non. utroque enim modo quid pro
quo. Quare nec si ulla erit gratia, aut per predicamenta omnia considerandum
gratia enim est vel quia hoc vel quia tantum vel tale vel
quando vel ubi. Signum vero si minima non fecit, et si in-
imicis, vel hec, vel maiora. patet enim nec ista nec causa

Margin notes:

concludit ex dictis in quibus sit et que sit gratia

adaptat quod dixit ad propositum et docet sumere locos rhetoricos

ostendit quomodo possunt auferre adversariis gratiam videtur

docet nos cognoscere signum quando non fit gratia vel ... dat cautelas

Signum vero si minima non fecit. si minima ...
quod rogaverunt facere noluit nec ... nec causa
fecit etiam si fecit inimicis hec nobis quod largitus
est aut etiam maiora signum patet quod non nostri causa.
facile fucando consequitur (Quamquam ergo appologi ad populum magis

accomodati sunt habentque hanc prestantiam. Nam cum difficile

sit res preteritas similes invenire. appologos facilimum

est fingere (namque opus est ut et similitudines non posses

cpat fabulaz ad exemplum.

quod simile est perspicere (quod philosophia facile prestat (non est

igitur difficile appologos invenire. verum ad consultationem

res geste multo utiliores sunt (nam ut plurimum futura

cpat exemplum ad entimema

preteritis similia fiunt (Exemplis igitur si quid non habeas

enthimemata quasi demonstrationibus utendum. Cum vero

habeas quasi testimoniis post enthimemata in orationibus

manifestat quod dicat supra quod si habeas entimemata non debeas premittere exempla

(Cum enim proponuntur similia inductionibus sunt. inductio

aut orationi oratorie preterquam in paucis non est idonea

conclusio quod debeas ponere exempla entimematibus

(postposita vero testimoniis testis autem ubique ad fidem utile

(preterea proponenti multa dicere necesse est. post ponenti

autem unum etiam sufficit. nam testis probus vel unus

satisfacit (Quot igitur species exemplorum sint et quo

patto et quando ipsis utendum, dictum est. Capitulum 21^m de Sententia.

Lectio 1.

De sententiis autem adhibendis si quid sententia sit dixerimus facile patebit quibus de rebus et quando et quibus consentaneum est in ordine sententiis uti. — hic agit de sententiis ex quibus fiunt propositiones enthimematis

Sententia igitur est non de singularibus ut qualis quidam Ephicrates sit, sed de universali enuntiatio, nec de omnibus universalibus ut rectum obliquo contrarium esse, sed de quibuscumque operationes sunt que ad agendum eligenda vel fugienda sunt. — diffinit quid est sententia

Quare quoniam enthimemata sillogismi de istis sunt, tam conclusiones enthimematum quam principia sillogismo semoto, sententie fere sunt. — manifestat quod proposuerat et ostendit quales sunt sententie que sunt partes enthimematis

Ut illud oportet · alius liber dicit filios prae videntia aucupis · prudentem virum non nimium in sapientia liberos erudire. — exemplificat

Id igitur sententia est, cum si causa quaobrem adiecerit totum enthimema erit, nam ad otium quod habent pretiosa etiam sibi hominum invidiam attrahunt. Et illud non est qui felix omnibus in rebus sit, et nullus hominum liber est — ponit aliud exemplum

hic ph(ilosoph)us ost(endi)t q(uo)t sunt partes s(ente)n(ti)e — Alium aut(em) pessime aut fortune s(ente)n(t)ia s(i)t. Si ergo s(ente)n(t)ia est q(uo)d dixim(us) — Lectio 42.

ost(endi)t que sunt iste 4or sp(eci)es — quatuor s(ente)n(ti)e sp(eci)es ex n(ecessi)te est. Alium aut(em) cum r(ati)one erit

aut sine r(ati)o(n)e. Que igitur egent demonstratio(n)e cum r(ati)o(n)e sunt. Quecu(m)q(ue)

diuidit u(er)o s(ecundu)m s(ente)n(ti)as — vero nil inmi(n)u(m) continuet absq(ue) r(ati)o(n)e quarum alie nitio quoniam

p(re)sciantur r(ati)one non egent. ut illud bn(m) valere p(re)stantissim(um)

ho(min)ibus est ut nobis videtur. id enim multis ita iam videtur

alie simul cum dicuntur patent p(ro)spicienti. ut illud nemo

ost(endi)t q(uo)t sunt s(ente)n(ti)e cum r(ati)one — amator est qui non semp(er) amet. Earum vero que cum r(ati)one

sunt. alie partes enthymematis sunt. ut oportet prudentem

virum. alie enthymematice quidem sunt. enthymematis

aut(em) partes non sunt. que maxime probantur. Minor aut(em) — ost(endi)t q(uo)t sunt tres s(ente)n(ti)e

sunt in quibuscu(m)q(ue) ca(usa) in(e)st. ut in illo iram immortale(m)

cum sis mortalis non s(er)ua. nam q(uo)d ira s(er)uanda semp(er) non

sit. s(ente)n(t)ia est. adiectum vero cum sis mortalis quamobrem

significat cum simile est mortalia mortalem non im

mortalia curare oportet. P(ro)spicuum igitur est. quot sunt — q(ua)liter est s(ente)n(ti)a sp(eci)es s(ente)n(ti)e

sine spes · et quibus unaqueque rebus accommodetur. Rebus — dicit quod sine dubio eget probatione et ideo dicit de ynopinatis

enim ambiguis aut novis et preter opinionem accommodabitur.

Sed aut ratione comprehensa sententia utemur: concludendo ut si quis

dicat: Ego vero qui nec invidiosum nec otiosum te reddit.

non oportere doceri assero, aut hoc proposito reliqua postponemus

Que vero et si preter opinionem non videantur sunt tamen — determinat de alia specie sententiarum dubiarum

incerta ea rotundissime dicentur si quamobrem preposueris

quibus etiam laconica dicta accommodantur ac enigmata.

Ut si quis dicat quod Stesichorus apud Locrenses dixit. Non

oportere contumeliatores esse ne cicade humo canant. Sententias — ostendit quibus congruit sententias loqui

aut dicere etate provectis maxime congruit, de rebus vero

quarum quis usum habet. Nam qui tantus non est. cum

deceret sententias dicere sicut fabulas. Qui aut de his quorum — ostendit de quibus non debent loqui sententias et quibus non competit eas loqui.

usum non habet. is ineptus atque indoctus est. Signum huius

sufficiens quod agrestes maxime sententiarum fictores sunt.

facileque enunciant. Universale aut proferre, quod universale

Lectio · 43 ·

· hic ponit quod est utile uti sumptis. | non est conquestioni ac amplificationi convenit. et in

his aut cum incipias aut cum iam demonstraveris. Vere | quod gloriantur sumptis est utend.

pervulgatis et sumptis atque communibus utendum est, si utiles sint.

Nam quia communes sunt, quasi omnes ita concedant, recte

| quod que sunt ctes sunt. | se habere videntur. ut hortanti ad subeunda pericula in aus-

picato. Una est avis optima pro patria propugnare. Cumque

priores sint in artem communem et ad occidendos ini-

micorum liberos, nichil iniuriantes. Stolidus qui cum patrem

occiderit liberis pepercit. Preterea publicorum nonnulla sunt

quod quando possunt talibus sumptis contradicere scilicet divulgatis | quoque sunt et quasi testimonia. Acitius advena. Oportet

aut sumptas tunc vel contra pervulgata dicere. Pervulgata

~~mores meliores~~ · | vero dico ut cognosce te ipsum. et nichil nimis. cum aut

meliores poterunt mores videri aut expturbatione dicitur.

· Expturbatione quidem si quis iratus dicat falsum esse quod oportet

se ipsum cognoscere. Nam hic si se ipsum cognovisset nunquam ma-

docet talibus contradicere aliis sumptis quae dicuntur in vita. | gistratum petiisset. Mores vero meliores quod non oporteat

sit amare ut fertur quasi osurus sis, sed potius odisse quasi

amaturus. opus est autem ut in habitu voluntatem ondas si

vero non ratio statim afferenda est, ut si aut hoc pacto

dicas quod amare oporteat non ut fertur, sed quasi semper ama

turum. Insidiatoris enim illud est. aut sic. non enim probatur in — dat aliud modum concludendi

quod fertur, nam amicum verum sic oportet amare ut si

semper amaturus sis. Si neque illud nichil minus cum oporteat

minus odisse saltem improbos. Afferunt autem orationi vires — dat causam quare auditores tales sententias approbant.

magnas sententie, partim quia maxime per eas auditores capi

untur, gaudent enim si quis universaliter dicens in eas opiniones

forte deveniat quas illi particulariter habent. quod autem dico sic

erit manifestum, et simul quo pacto ipsas venari conveniat.

Nam sententia ut dictum est universalis enuntiatio est. gaudent — manifestat quod dixit supra quod gaudent grosse i. ubi sententias

autem cum id universaliter dicitur quod particulariter ipsi opinantur, ut

si quis vicinos aut liberos pravos habeat, gratum profecto

illud sibi videbitur, nichil vicino molestius, nec nichil procreare

doc nos venari hu[illegible] [illegible]

atione libero consultius. Quare coniectura primo consequendum est, quod preopinantes, deinde universaliter de ipso dicendum. Sic igitur unus finis usus est. Alter et melior quam memoratum facit orationem, assertata enim ea oratio est qua dicentis voluntas appetit quod omnis finis ideo facit. quoniam qui eam dicit universaliter de eligibilibus enunciet. Quare si fines probe sunt. faciunt ut proborum qui dicit morum videatur. Verum de fine et quid est et quot eius species. et quoniam gratia dicendum, quamque utilitatem afferat, hec dicta sint

Capitulum vicesimum secundum de entymemate.

dat utilitatem eius finis

hic philosophus determinat de entimematibus

Lectio 44

De entymematibus vero universaliter quo pacto querendum sit dicamus. deinde locos exponemus, alia enim utriusque horum species est. Quod igitur entimema sillogismus quidem sit, dictum est prius et quomodo sillogismus, et in quo a dialecticis differat, non enim de longe nec omnia sumentem oportet colligere. Nam alterum propter prolixitatem obscuritatis est. Alterum quoniam manifesta

ex sequentibus [illegible] resumit quedam dicta in [illegible] libro

dicunt, nugationis. Et hec causa est ut apud vulgus proba- | dat causam ex dictis circa
biliores indocti quam docti sint. Veluti etiam poete aiunt communes
rudes in vulgo dicere. communia enim afferunt atque universalia. illi
vero ex quibus sciunt et proxima. Non ergo ex omnibus que | concludit ex dictis ex quibus est persuadendum.
videntur dicendum, sed ex certis aut ipsis iudicibus aut hiis
quos multi sciunt. idque quoniam sit aut omnibus aut plerumque
compertum et videatur. Sive non solum ex necessariis colligendum. sed etiam
ex hiis que ut plurimum sunt. Primum ergo id nobis | dat artem tenendi etiam enthimematis que sit illa dictata quibus debemus uti.
sumendum est quod de quo dicere atque ratiocinari oportet, sive syl-
logismo civili, sive quolibet alio necessarium est, que in eo sunt
vel cuncta vel saltem aliqua tenere. nam si nichil habebis,
unde colligas non habebis. Quo enim pacto bellandum ne | adaptat dicta artem ad que dicitur negotium politicum et primo ad deliberativum
sit an non, atheniensibus consulere poteris, nisi que sint
ipsorum copie teneas, utrum navales an pedestres, an utreque
et quante, vectigalia etiam que sint, aut socii et hostes
et ad hec que bella gesserunt, et quomodo, ceteraque huiusmodi. laudare | adaptat exemplum prout spectat ad eum laus

quoque quomodo poteris, nisi habeas naualem apud salamina pugnam, et prelium apud marathonia, vel que pro herculis nepotibus sibi gesta sunt. vel alia huiusmodi. omnes enim ex hiis bonis que aliquando adsunt vel adesse videntur laudant. Similiter etiam vituperant ex contrariis perspicientes, si quid tale in ipsis est, aut esse videatur, ut puta quoniam grecos in servitutem redegerunt et egenitas ac potideatas qui cum eis adversus barbaros pugnarunt preclareque gesserunt sibi subiecerunt, et si quid huiusmodi erratum in ipsis est. Eodem modo accusantes quoque ac defendentes ex hiis que sunt et accusant et defendunt. Nichil autem differt de atheniensibus ac lacedemoniis et vel de homine vel de deo ipsum agere. Nam si achilli consuleres, aut si eum laudares vel vituperares vel defenderes, que sunt, vel que esse videntur sumeres, ut ex eis diceres laudans aut vituperans, si quid honestum aut turpe sibi gestum est. accusans vero aut

adaptat quod dixit ad vituperium

adaptat predictam artem ad diceptius vel etiam(?)

lectio .2.b.

hic phylosophus ostendit dictam artem utrum verum esse quod ostendit ad ps(?)

ostendit veritatem dicte artis per respectum ad fines per quos sunt negotia etc.

defendens si quid iustum aut iniustum consulens aut si
quid utile inest aut nocivum. Similiter autem et de quacumque re alia — *ostendit virtutem dicte artis per respectum ad ipsas res.*
ut de iustitia, utrum bonum an non, ex hiis que in iustitia sunt
aut in bono. Quare quoniam et ita omnes demonstrare videmur sive
recte sive minus recte sillogismo utentur (non enim ex omnibus — *confirmat virtutem dicte artis per ea que dicta sunt in topicis quoad negotia consueta.*
sed ex hiis que in unoquoque sunt sumuntur) et ratione perspicuum
quod impossibile sit aliter demonstrare, patet necessarium esse
Primum etc. electa. Inquit unum demum elementa enthimematum. Sed non recte absolute [illegible] plerumque in omnibus libris suis et plerumque in moralibus solet facere — sicut in topicis. Primum habere electa de possibilibus atque o-
portunissimis circa unumquodque habeantur. Ut proxime — *ostendit dictum breviter virtutem etc. negotii repentina.*
facta eodem pacto queramus respicientes non indefinita
sed in ea que in illis sunt de quibus habetur oratio, ut plura
plurima et proxima rebus circumscribenda sunt. Nam — *manifestat quod dixerat*
quanto plura eorum que in re sunt teneas tanto facilius
demonstrabis et quanto propinquiora tanto propria magis
ac minus communia. Communia vero dicimus ut si Achillem — *exponit que sunt communia.*
laudes quia homo, quia semideus, quia in troianos traiecit

manifestat que sint propria

hec enim aliis quoque multis insunt / Quare non achillem magis quam dyomedem laudas propria vero que nemini quam achilli contingerunt / ut quia hectorem qui troianorum erat fortissimus interfecit / et signum qui cum esset invulnerabilis omnes ne descenderent inhibebat / et quia adolescens nec iureiurando astrictus militavit, ceteraque huius-
Unus igitur eligendi modus, primusque hic locus est .

hic phylosophus declarat de enthimematum quam ad sua principia scilicet ad locos.

Nunc vero enthimematum elementa dicamus elementum Lectio . 26 .
aut enthimematis atque locum idem dico / sed prius de hiis dicamus de quibus necesse est prius dicere / Sunt enim enthimematum species due nam quedam quod sit vel non sit approbativa sunt quedam elenctica grece appellantur, id latine dici possunt reda(r)guendi peritium huius / differuntque sicut in dyalecticis elenchus et sillogismus / est autem approbativum quidem enthimema cum ex confessis colligitur / Elencticum vero cum repugnantia colligitur / Fere igitur nobis

excusatur quod dicitur enthimematum cuius locus est principium et elementum

continuatur de quibus locis sit dictum

[Continuation] Sunt vero hic absolute illud primum hic vero altera est propria et absoluta ... primum dicendum est de electis enthimematibus / deinde de locis enthimematum. Dicit quod de ... eligendi ... breviter perstringit nunc intuli de elementis dicamus ... hoc est ... ad enunciandum ...

in unoquoque genere utili atque necessario loci dicti sunt / expo-
site namque unique singule propositiones sunt. Quare quibus
enthimemata ex locis elicienda sunt de bono aut malo
honesto aut turpi, iusto aut iniusto, de moribus etiam af-
fectibus, eodem modo sumpti sunt nobis iam prius loci ex
quibus. Verum nunc alio modo de omnibus communiter suma- | narrat de quibus locis est iam dicendum.
mus atque dicamus / qui approbativi, quique elenctici sunt / an-
notantes eos etiam qui sunt apparentes enthimatum, que
tamen non sunt enthimemata quoniam nec sillogismi / quibus ex-
plicatis de obiectionibus solutionibusque dicemus. unde enthi-
memata elicienda sunt.

Capitulum 23m de locis enthimematum

lectio xlvii.

Unus igitur approbativorum locus ex contrariis | hic philosophus incipit tractare de singularibus locis a quibus sumitur de adaptatione negotii [illegible] ex contrariis constructive.
est / nam inspicere oportet si contrario contra-
rium confirmanti quod si inest / confutanti aut si non
inest, ut temperantiam bonum esse quoniam intemperantia malum
est ut in messeniaca. Nam si bellum horum malorum causa e[st]

per patrem hec emendabimus. Item quod si non hiis qui inviti | docet arguere per locum a contrariis destructive.

profuerunt irasci par est, nec hiis qui coacti gratia est habenda.

Item quod si multa etiam si hominibus credibilia sint, falsa

tamen sunt, contrarium id quoque credendum est, multa quamvis mor-

talibus incredibilia sint vera tamen esse. Aliud ex similibus | docet assumere locos ex proportione a similibus casibus.

causis, similiter namque et esse et esse non oportet. Ut si

dicas non omne iustum bonum esse, nam quicquid iuste

id bene esset. Vivere vero iuste mori non est appetibile.

ponit locum a similibus ex hiis que sunt ex activis et passivis dicens ex hiis · ex parte · locus.

Aliud ex hiis que ad invicem. Nam si alteri iuste ac bene

agere inest, alteri pati fuerit, et si imperasse etiam fecisse.

Ut de publicanis Diomedon publicanorum Philippus. Nam

si vobis locare turpe non est, nec nobis conducere. Nam qui

si passus est iuste ac bene id passus est, ergo et qui fecit. Et si sic fecit

ostendit quomodo circa istum locum contingit paralogizare.

ergo et qui passus est. Sed potest in hoc cavillatio fieri. Nam

si iuste occisus est iuste passus est, sed forte non abs te. Quare

seorsum perspiciendum, si pati dignus fuit qui passus est, et

fuerit qui fecit, deinde videndum quomodo utrumque congruit. Nam
interdum id dissonat nichilque prohibet. Veluti et Alcmeonem | Manifestat quod dixerat per 3m exemplum.
apud Theodestum. Matrem vero tuam nemo mortalium
oderat. Ait autem respondens: sed distinguentes considerare oportet.
Interrogante vero Amphesiborea Cirillam quod morte dignam
indicarunt. Sed vero iniuria interfecisse. Et veluti iudicium de De- | 2m exemplum
mosthene et eorum qui Nicanora interemerunt. Nam qui iure
interfecisse iudicati sunt, iure occisus visus est. Et ut de in- | 3m exemplum
terfecto Thebis de quo iudicium fieri volebat, si occidi dignus
erat, quasi non sit contra ius eum occidere qui iure occisus
est. Alius ex eo quod magis et minus, ut si nec dii quidem | Hic ponit locos a dictis et primo a maiori et minori.
omnes sciunt. Quoniam pocius homines. Id enim est si cui
magis inesse deberet non inest, nec cui minus. Illud vero
vicinos ab eo verberari a quo et pater ipse, ex eo quod si minus
est et magis est, utrumcumque oportet ostendere sive quod sit
sive quod non. Preterea si neque magis neque minus. Unde dictum | Manifestat quod dixerat per multa exempla.

Lectio 4a (left margin, beside "est. Alius ex eo quod magis…")

est tunc pater cum liberos amiserit miserabilis est. Oeneus | Oeneus

vero non est qui filium amisit, totius grecie preclarissimum.

et si theseus iniuriatus non est, neque allexander et si nec

tindaride nec alexander et si patroclum hector et achillem

Allexander et si ceteri artifices pravi non sunt nec philosophi

et si duces pravi non sunt quia sepe superantur nec sophiste

et si oportet privatos existimationis vestre curam habere et

ponit aliud locum sumptum ex diversitate temporis. | vos grecorum existimationis. Alius a temporis consideratione

ut yphicrates pro harmodio. Quod si statuam si fecerit pe

tenti vel antequam faceret dedissetis, nunc cum fecerit non dabitis.

Accipientes igitur quidem pollicemini, cum vero acceperitis

ponit aliud exemplum | tunc aufertis et rursus ad illud ante thebanos philippum

in atticam patientur pertransire si antequam auxilium eis ad

versus phocenses tulerit petisset spopondissent quare incre

dibile est igitur si quod perdidit et credidit, id certo transitu eis

ponit aliud locum sumptum ex diversitate bonitatis | negaturos. Alius ex hiis que quispiam dixit in seipsum

recitatio

reuertis/ si modus differt ut yphicrates in theatro aduersus aristophonta fecit. Nam cum Aristophon si prodiret naues pecunia rogatus negasset. intulit deinde. tu qui Aristophon es non prodidisses/ ego vero qui sum yphicrates prodidissem. Oportet autem ut magis ille facturus videatur. Nam aliter ridiculum videbitur. ut si aduersus aristidem accusatem id quispiam diceret. Verum ad detrahendum accusatori fidem/ omnino enim accusator defensore melior esse vult. Ad id igitur vniuersaliter reprobandum hic locus est. quod alios quispiam facere reprehendat. que ipse vel non facit vel non faceret aut facere hortetur. que vel non facit ipse vel non faceret. Alius ex diffinitione. Ut si dicas demonium nichil est aliud nisi deus aut dei opus. atque si quis putat dei opus esse hunc putare necesse est deos quoque esse. Et sicut yphicrates dixit generosissimum eum esse qui optimus est. Nichil enim harmodio ac aristogitoni

Lectio 49.

ont. quomodo politicus locus habet esse utilia

adaptat istos locos ad negotium [illegible]

hic pho ponit locos ex eisdem et primo adaptat eodem diffinitionem

ponit 2m exemplum

generosium erat / antequam generose gesserant. Et quod progenitor | post 3m exm

ipse nam gesta mea Harmodii atque Aristogitonis gestis

generosiora sunt quam tua. Et ut in Alexandro omnes | post 4m exm

profecto concederent non utique fruitionem corporis iniuriosos turpe

Id etiam quo Socrates dixit nolle ad Archelaum proficisci turpe

namque fore aiebat ex si beneficio affectus non possis referre

quemadmodum si malefacto. vincere tamen isti cum diffinierint

ac reperint quid sint: tunc de quo dicant ratiocinantur. Aliud

ex eo quod multiplicatur ut in topicis de eo quod recte. Aliud | post locum ad...ne

ex partitione ut ex peparethia. Quod mulieres ubique de

liberis vere discernunt. Nam tunc athenis ~~[illegible]~~ mantie

oratori ambigenti de filio mater asseruit. tunc thebis ismenia

et stilbone ambigentibus ismenie filium ex dodonis confir-

mavit. ac idcirco thessaliscum ismenie filium putaverunt. Item si

ex theodecti lege / qui de alienis equis parvam curam habuerit

his suos non tradunt / neque his qui naves alienas everterunt

post locum a diffinitione diffinitionem ... post vocabulum nominum notificationem ad ... et quia magis ... de partibus post ... notificationem ... et sic locus a diffinitione

... deficit

post 2m inductionem quod nulli male custodienti rem alienam debemus dare rem propriam.

aliquis tradit suam, si ergo id ita in omnibus sit, his etiam qui
aliorum salutem neglexerunt in custodiam sui dandum non
est. Et ut Alcidamas omnes inquit quomodocumque sapientes ho
norant. Nam Parii Archilochum quamvis esset vituperativum honora
verunt. Et Chii Homerum civem existentem quamvis civis suus non fuit, et Lacedemo
nii quamvis minime studiosi philosophie sint Chilonem in senibus
fecerunt. Itali quoque Pythagoram, Lapsaceni vero Anaxagoram
et si peregrinus fuit magnifice tamen sepelierunt et adhuc usque
diem honorantur. Athenienses etiam quoniam Solonis legibus
utebantur beati fuerunt, et Lacedemonii Lycurgi legibus usi,
Thebis quoque qui prefuerant philosophi erant, et civitas erat in
felicitate. Aliud ex iudicato aut eodem aut simili aut con
trario, precipue si omnes et semper, aut si saltem plurimi aut
sapientes et hi vel omnes vel clariores, aut etiam si ipsi
iudicantes vel qui ipsos gratificant sunt, vel hi adversus quos iudi
care non possunt, ut domini, vel adversus quos iudicare

post .3. inductiones per quas concludit quod omnes honorant sapientes

et mytileni saphon quamvis femina fuit

post quedam locum communem ad [illegible]

maius stat quod dixerat p multa ex^a.

turpe sit. ut dixit patre doctor veluti antocles dixit in maximida

si furijs que sunt dee sufficit penas in areopago dare mag

imi de vero minime / aut sicuti sappho malum est mortem

/ dij namque nisi sic iudicassent morerentur / aut sicuti aristippus

ad plathonem acerbius ut putabat atqui sodalis noster

inquit nichil tale de socrate dicens. Egesippus quoque oraculo

prius in olympo usus delphis / postea querebat ab appolline

/ si que prius eadem quoque sibi videantur / quasi turpe sit contra

dicere / Socrates etiam de helena scribit pulchram fuisse

/ siquidem theseus ita iudicauit / et de alexandro quem dij pro

fuerunt. Euagoram quoque virtute preclarum fuisse quia

conon cum in calamitatem incidisset relictis ceteris eua

goram solum petijt. Alius a partibus sicut in topicis

hic ponit ternarium locos aplicabiles nego^o exclamatio. — Tertio 40.

que anima illa. Nam hec aut hec / exemplum hoc sit ex

socrate theodecti. quod ille sacrum non precoluit quos deos

desperit. quos ciuitas deos esse arbitretur. Alius ex in pluribus

ponit locos adaptabiles negocijs illis.

accidit. ut bonum quid aut malum inde consequatur a consequen-
tibus suadendo vel dissuadendo, accusare vel defendere, laudare vel vi-
tuperare, ut eruditionem invidia malum consequitur, sapientia
bonum. Quare non oportet erudiri ne habeamus invidos, aut
oportet. sapientem enim esse oportet. Hic totum calippi artifi-
cium est, si possibile ceteraque ut dictum est addideris. Alius — pone alium locum.
cum de duobus oppositis suadendum vel dissuadendum sit
hoc modo de utrisque dicere quo modo exposuimus. Differt autem
quoniam ibi que forte oblata sunt opponuntur, hic vero contraria
ut sacerdos quedam filium vetabat ad populum orationem habere — exponit quod dixit in his
Nam si iniusta suadebis inquit dii, si vero iusta homines te
odio habebunt. Immo vero habenda est ad populum oratio. Nam si
iniusta homines, si vero iusta dicam, dii me amabunt
Hoc autem idem est illi proverbio quo fertur. oleum
ac salem emi oportere. Ac commutatio quod est cum ad utrumque
duorum contrariorum bonum ac malum consequantur, alterum

ponit locos quos non adaptat ex sua h.

alteri contrarium. Alius quoniam non eadem occulte atque aperte
laudant. sed aperte quidem que iusta sunt atque honesta
maxime, occulte autem malunt quod conferunt dare operam. ut ex
hiis alterum colligatur. Nam hic locus eorum que preter

ponit 2m locum.

opinionem sunt principalissimus est. Alius qui ita ex pro-
portione conveniat. ut yphicrates cum censerent filium
eius puerum ad hanc etatem quia statura longus erat ci-
vitatis onera ferre cogerent. si longos ex pueris inquit
viros putabunt. breves ex viris pueros esse profecto cense-

ponit 2m exm

bunt. Et theodectes in lege cum tributa pendentes veluti
strabacam et charidemum propter probitatem cives fecerint, non
expelletis eos e civitate qui in tributarios nefanda com-

ponit 3m locum

miserunt. Alius a consequenti si idem sit quod et a quibus con-
sequuntur eadem sint. Ut xenophanes dicebat similiter
eos impios esse qui deos asserant ortos quemadmodum eos
qui morituros assererent. cum utrumque accidat deos

.2.

aliqui non esse (Omnino aut quod ex utroque accidit quasi semper — docet istum locum amplificare.

idem capiatur / iudicatur aut esse non de scientia sed de pro-

fessione an philosophandum sit scilicet et quod dare terram et aq-

id servire sit scilicet et communis esse participe pacis id est iussa

facere sumendum aut alterutrum quod accommodatius est. (Alius — ponit 4m locum

ex eo quod non idem ab eisdem semper eligitur sed opposita

prius aut posterius. veluti hoc enthymema si exulantes

pugnabamus ut reduceremur reducti sponte exulabimus

ne pugnemus. aliqui enim pugnare ut domi esset eligebant

aliqui non esse domi ne pugnarent (Alius si cuius gratia dixerit — ponit 5m locum

factum non sit huius gratia esse, ac fuisse dicere sit si quis afferat

cuipiam aliquid ut cum abstulerit doleat. unde illud dictum

est multis non ex benivolentia deus ingentes prestat

prosperitates. verum ut nobiliores sibi fiant calamitates

(et illud Antiphontis ex Meleagro non ut feram occi- — declarat per gesta poetarum quod quando fiat malum non ut noceat, et fiat bonum non ut prosit

derent sed ut de virtute testes Meleagro ad Greciam essent

dimissum est. theodecti, ex aiace quod diomedes non ut honoraret

elegit ulixem sed ut minore esset ut sequentium / possibile namque

est huius gratia fecisse. Alius litigantibus et consulentibus locus Lectio .41.

hic phs dena loccos aplicabiles nego° iudiciali et pro ponit bnu coes sibi et aliis.

ut suasoria et dissuasoria considerentur et ea quorum gratia uel

agunt uel fugiunt. haec enim sunt que si insunt agendum

est. ut puta si possibile si facile. si utile aut ipsi aut amicis

uel si nociuum dampnique illatiuum inimicis. aut si

iactura minor est emolimento. Ex hiis enim suadent. ex

contrariis autem dissuadent. ex hiis etiam ipsis et accusant

et deffendunt. Defendunt quidem ex dissuasoriis accusant

uero ex suasoriis. est autem hic locus pamphili atque callippi

ars omnis. Alius ex hiis que fieri quidem uidentur in

ponit locos adaptabiles spetialiter nego° iudiciali et pro .r. opus forensi.

credibilia uero sunt quoniam non crederentur nisi aut essent, aut

prope essent et quod magis. Nam aut que sunt aut

que probabilia sunt credunt. si ergo credibilia uera profecto et non probabilia

sunt. non enim quoniam probabilia ideo credibilia sic uidentur

Ut androcli pittheo leges reprehenderunt exsibilarunt. qui — *ont p ex m. q m. incredibile pt e*

dixit legis opus esse, legibus que ipsas corrigat. nam et sale

piscibus Non enim probabile inter credibile videtur. cum in

mari enutriantur salis egere / oliveis quoque olei opus esse,

cum non credibile oleo ea egere / ex quibus oleum gignitur

Alius elenchus quo repugnantia considerantur. partim — *post locum ex redargutione*

in adversario si quid tempore factis oratione repugnat. hoc pacto

mari stat qui dixerat — Deinde dicit vos amare, qui cum triginta minas rouinavit

partim in se ipso. sic deinde litigiosum me ait. si litem vos

ullam me umquam sustinuisse non potest ostendere / partim et in se ipso

et in adversario hoc modo / et iste quidem nichil umquam mutuo

dedit. Ego autem pro multis etiam utrumque solvi. Alius cir — *post locos iudiciales sumptos etc.*

res aut homines suspecti sunt vel iudicantur causam eius

afferre quod suspicionem facit / est enim aliquid quare sit a vero

Ut cum reprehenderetur quidam de filio. Nam qui osculabatur

adolescentem impudica esse videbatur causa dicta.

solent suspicione, et ~~cum~~ ut maiace apud theodectum
adversus aiacem ulixes dixit, quod cum sit aiace fortior
tamen non videatur. Alius a causa si est, quod sit, si non est, quod non
sit; simul enim causa et id cuius causa, et absque causa nichil
est, ut leodamas se defendens accusante trasibulo dixit, quod
in arce quidem constitutus esset, sed cumque triginta virorum
tempore, inutile fuisse; sibi enim magis propter odium in plebe sius
ceptum triginta viri crederent. Alius considerare
si possibile erat aut est, melius quod consulit aut facit aut
fecit, prospicium magis si sic se habet, quod non fecit. enim nemo
volens ac sciens mala eligit. Quod quidem falsum non multum est.
Nam sepe manifestatur postea melius aliter fuisse, quod
prius non erat manifestum. Alius considerare si quid
factis contrarium facturi sunt, ut xenophanes lugentibus
eleatis ac rogantibus an matute sacrificarent, consultat
si deam putabant, ne lugerent, sin hominem, ne ipsi sacrificarent

ponit alium locum qui est respectu causarum

hic philosophus ponit locos sumptos ab actionibus ex quibus seipsum potest defendere

lectio 42

dat instantiam predicto loco quod non semper homo eligit quod melius

ponit 2m locum.

Alius a perperam ~~apparentium~~ sciis accusare vel defendere ut in medea carcini. | post aliu locu.

hi quidem accusant quod filios medea interemit. qui non apparuerunt

erant enim medea in emissione filiorum. hic aut se defendit

quod non filios sed iasonem interfecerit/ id namque nisi fecisset

peccasset sequidem et alterum fecisset. hic aut locus ac enthime-

matis species: tota theodori prior ars est. Alius a nomine | post aliu locu valentem ad defendendum et accusandum

ut sophocles aperte sidero: nomenque ipsum ferens/ et ut in deorum

consueverunt laudibus dicere/ et ut conon thrasibulum thra

sibulum appellabat/ et herodicus quoque antigasimacum dicit semper

tu thrasimachus es/ et in polum. semper polus es. et de

dracone legumlatore quod leges ille non hominis essent, sed

draconis/ erant enim dure/ et ut apud euripidem hecuba

venerem. nomen quoque tibi recte inditum/ dea enim est amentie

prefecta/ et cheremon pentheus a futura calamitate ap

pellatus. Laudantur aut ex enthimematibus elenctica | quia elenctica elenchica contraria assignando dictam inter ea.

magis quam demonstrativa/ nam et brevis contrariorum

collectio est / elenticum enthymema et auditori que inter se

conferuntur lucidiora sunt. Ex omnibus vero enthimematibus

causa ad demonstrandum quam ad redarguendum accommodatis

hys magnifice plaudunt / que et acuta sunt: et audientes

statim cum incepta sunt perspiciunt / ipi enim secum / gaudent quod pre

viderint, et que ita construuntur ut non nisi postea quam dicta

sunt intelligantur

Capitulum 24m de apparentium enthimematum locis.

Verum quoniam possibile est aliud esse sillogismum aliud non esse sed videri. necesse est ut enthimema

quoque aliud enthimema sit. aliud non sit. sed videatur.

si quidem enthimema sillogismus quidam est. loci autem en

thimematum que non sunt sed videntur hy sunt / primus

penes dictionem est. huius vero una quidem pars. ut et in dialecticis

est. cum non rotinatus conclusionem tandem infert. Non est

hoc / et hoc est, ergo necesse hoc atque hoc esse. Nam quod in

enthimematibus convoluti / atque per opposita dictum est

dat quietentiam ut consuetudo elenchica.

lectio 63.

hic philosophus determinat de locis sophisticis quod tractat est in terminis medium

ponit et primo de fallaciis inductione et primo de multiplicitate fantastica in figura dictionis.

assignat aliam nam quod causa conclusionem et opposite dicte

id enthimema videtur. dictio enim huiusmodi caput est enthimematis

est. Videturque idem esse penes figuram dictionis. Est autem utile ad di- docet de fallacia penes figuram in multiplex accidentis et secundum equivocationem amphibologiam de amphibologia

cendum per dictionem sillogistice multorum sillogismorum capita dicere

hoc pacto: qui alios salvavit, qui aliis ultus est, qui grecos libe-

ravit. Horum enim unumquodque ex aliis demonstratum est. Sed simul

Lectio .44. collecta aliquid facere videntur. Altera vero penes equi- hic ponit de equivocatione secundum suos 3 modos.

vocationem, ut si mus laudandus diceretur, qui misteria in-

ducuntur, que sacratissima omnium maxime sunt veneranda. vel

murem optimum esse. Unde initiati appellantur. Aut si quis docet de alio modo secundum quod unum dicto principaliter significat plura.

canem laudet, de celesti simul dicat, aut de pane, quem

pindarus ait. O felix quem magnum dei canem atque varium

celestes appellant. Aut si nullum esse canem dedecori est docet de equivocatione prout una dictio significat plura unum per aliud consistere ponendo

canem esse dedecori est. et si dicis mercurium omnium deorum 3 exempla.

esse liberalissimum, cum solus communis mercurius vocetur

et si existimatione optimum esse dicas, quia veri probi non

pecunia digni, sed existimatione digni sunt. Nam existimatore

declarat de falaciis peccati bus secundum multiplex particulare et post de compositione

dignum non simpliciter dicitur. Alius si que separata sunt coniunctim, aut

que coniuncta separatim dicat. Nam quando idem esse videtur

cum sepe idem non sit. utrum utilius id faciendum sit aut hoc

adducit quatuor paralogismos peccantes secundum dictam fallaciam.

euthydemi preceptio ut scire qua triremis in pyreo sit. quilibet

ponit secundum paralogismum

enim id novit. Et quod qui elementa scit, carmen quoque sciat.

ponit tertium paralogismum

Idem enim est et quod si duplum valitudinarium, nec simplex

salubre. Nam si duo bona sint, quomodo eorum alterum malum

quod ita dictum elencticum est, sit duo dementatum. non

enim possibile est duo esse bona, quorum unum malum sit, omnino

ponit quartum paralogismum

aut is locus cumulatorius est. Rursum quod in thrasibulum

politicates dixit, quod triginta tirannos deposuit. coniungit

ponit paralogismum dicentis

enim. Vel quod in oreste theodecti est: ex separatione iustum

eam que maritum occidit mori, et prius ultionem a filio

fieri par est, ergo hec facta sunt que si coniunxeris non

forte amplius iustum, sed aut etiam ex defectu esse potest

declarat de fallacia accentus

non enim dixit a quo. Alius amplificatione confirmare

aut refutare quod sit, si antea ipse demonstraverit quod fecerit rem amplificans. efficit enim ut videatur vel quod non fecerit, quando qui causam dicit amplificat, vel quod fecerit, quando accusator indignatur. Quare enthimema non est, falso enim colligit auditor factum ab eo esse aut non esse, cum demonstratum non sit. Alius ex signo. Nam et id nichil colligit amores civitatibus conducere. Nam armodii ac aristogitonis amores hipparchi destruxerunt tyrannidem, aut si furatus dyonisius. pravus enim est. nichil enim colligit, cum non sit omnis pravus fur, sed omnis fur pravus. Alius per accidens, sicuti policrates de muribus dicit, quod auxilium tulissent accidentes cordas rodentes, aut si quis dicat optimum esse in cenam vocari. Nam achilles cum apud tenedum vocatus non esset, fuit iratus achivis, constat autem illum quasi neglectum concitatum fuisse, quod inde accidit quod vocatus non fuit. Alius preter consequens. Hoc pacto Alexander

Textus · h h ·

hic philosophus determinat de falsis ex dictione et post de ignorantia elenchi.

determinat de fallacia accidentis.

determinat de fallacia consequentis et post de paralogismos.

magnanimus fuit, despexit enim multorum consuetudinem/ et

apud idem scitum conversabatur. Nam quia tales magnanimi

sunt magnanimus etiam hic videbitur. Item quoniam | post secundum paragraphum.

ex felicitate necessarium erat. Adulter ergo hic similiter/ quod | post 3m paragraphum.

in templis inopes et cantant et saliunt/ et quod exulibus

licet ubicumque volunt habitare. Nam cum hiis qui felices

esse videantur hec adsint/ et hii quibus adsunt felices

putabuntur/ sed in modo differunt/ quapropter etiam in defectu

deficiat de fallacia secundum non causam ut causam / incidunt. Alius penes non causam ut causam/ hoc parto

quia simul, aut post hoc factum est/ accipiunt enim post hoc

quasi propter hoc/ et maxime qui rem publicam gerunt. Ut demades

demosthenis administrationem omnium malorum causam esse dicebat

deficiat ~~secundum~~ de fallacia secundum plures interrogationes ut omnia / qui post illam bellum evenerit. Alius penes defectu eius

quod est quando et quomodo. hoc parto non iniuria helenam

abstulit Alexander/ sed eligenti a patre daret. Non enim semper

sed simul. ad hoc enim usque in potestate patris erat. Ut si quis ingenuos

contumelia est liberos homines pulsare. non enim omnino. sed cum

Lectio 56. non incoeperint manus inferre. Adhuc sicut in conten- | hic philosophus declarat de fallacia secundum quid et simpliciter.

tiosis penes simpliciter et non simpliciter, sed quoddam fit appa-

rens ut sillogismus in dialeticis, quod non ens ens est. Nam

non ens ens est non ens. et quod scitur ignotum. scitur enim

ignotum quod ignotum. sic est etiam in rhetoricis appa-

rens est entimema penes probabile, non simpliciter, sed pro-

babile quoddam. id vero est non universale. ut agathon quidem | obicit contra dictam.

dicit. forte quis illud probabile putet multa mortalibus esse

non probabilia. fit enim hoc preter probabile. Quare id

etiam probabile quod est preter probabile. si vero sit erit

probabile quod est non probabile. Verum ut in contentiosis | soluit dubitationem

secundum quid aut ad aliquid aut quomodo non additum deceptionem

facit. ita et hic quia probabile sit, non simpliciter sed quoddam.

Quo ex loco ars coracis composita est. Nam sive suspectus | ostendit totam artem coracis dependere ex hoc sophismate

non sit, ut si pulsationis imbecillis homo accusetur, non

enim probabile id sive suspectus sive robustus fuerit id etiam probabile cum probabile videri poterat et similiter in aliis. Nam vel suspectus vel non suspectus erit neutro. Utraque profecto probabilia videntur. Sed alterum probabile est alterum non simpliciter. Sed ut dictum est inferiorem quoque rationem superiorem facere hoc ipsum est. Unde iure homines protagore professionem non ferebant, falsum enim confitebatur non verum sed apparens probabile, nec in arte ulla sed in rhetorica et contentiosa. Sed de entymematibus tam de hiis que sunt quam de apparentibus dictum est.

on^t q^m^o dicta ars est obstat accusanti.

comparat accusante ad defensorem

on^t quod predicta arte deviabat dictum pythagore

Capitulum 25^m de Solutionibus.

Nunc de solutionibus dicendum videtur. Solvimus autem vel aliud entymema contra opponentes vel obiectionem inferentes. Cum igitur aliud opponimus patet quod ex eisdem possimus dicere locis sillogismum. Hii ex probabilibus sunt. Probabilia vero multa inter se contraria sunt. Obiectiones autem sicuti in topicis quatuor

Lectio 47.

hic phylosophus de solutionibus et instantiis in quibus instruit actum seu defensorem

declarat de modis [illegible] de sillogizare.

declarat de alio modo respondendi scilicet de instantiis numerando eas

ex locis inveniuntur. Sunt enim aut ex eodem, aut ex simili

aut ex contrario, aut ex iudicatis. Ex eodem, sicut si enthi- determinat de unoquoque membro et primo de eodem.

mema de amore esset, quia bonus, obiectio duplex est. Aliam

vel universaliter dices omnem indigentiam malum esse

vel secundum partem quod magis optimi magis pessimi amores dice-

rentur, nisi etiam mali essent amores. Ex contrario autem determinat de instantia contrarii

obiectio ducitur, ut si animi enthimema esset, probum virum

amicos benefacere, at nec improbus male videres. Ex docet instare in similibus

simili vero hoc pacto sit enthimema, maleficio affecti

semper oderunt, at impures beneficio affecti non semper amant

Iudicata vero ea dicimus que clarissimorum virorum iudicio docet ferre instantiam ex iudicatis

comprobata sunt, sicut si enthimema sit quod oportet ebriis ignosci,

cum ignorantes peccent, obiectio non ergo Pittacus laude

dignus esset qui maiores poenas in legibus suis de

Lectio 48. illis scripsisset qui vino peccent. Cum autem quia ex hijs Hic philosophus tractat de solone ut patet aptatur ad omnia genera enthimematum et primo distinguit quattuor genera enthimematum.

quatuor omnia enthimemata fiunt probabili exemplo

exponit illa quatuor genera enthimematum sumendo probabilem large.

argumento, signo. Et sunt ex probabilibus quidem que colliguntur
ex hiis que ut plurimum aut sunt aut esse videntur.
Ab exemplo autem que per inductionem ex uno vel pluribus
similibus cum universale acceperis et particularia confirmatorie
collegeris. Ex argumento autem sunt que ex hiis inferuntur

distinguit signum secundum tres figuras

que vero iudicio sunt. Ex signo vero cum per universale
aut singulare sive est sive non colligeris. Cum igitur

docet sumere omnia genera enthimematum pro ad probabilia.

probabile non semper sed ut plurimum verum est. Perspicuum
est possibile semper esse huiusmodi enthimemata solvere obiectione
allata, que quidem non semper vera sed apparens solutio

ostendit quomodo contingit paralogizare accusantes sermones.

est. Nam qui obicit non dissolvit verisimilitudinem
sed non esse necessariam probat. Quare semper contingit de
fendentem magis quam accusantem habundare propter hanc decep
tionem. Nam cum accusator per probabilia confirmet

probat quod assumeret si quod instare non est possibile ad probabilem.

semper, sed quod ut plurimum est obiectionem habeat. Non enim

Quod ut plurimum est verisimile ac probabile semper habet obiectionem.

esset probabile sed semper ac necessarium. Non est autem

solutio quod non sit probabile et quod non sit necessarium. Itaque iudex deceptus putat si ita solutum est aut probabile non esse aut sibi non iudicandum ut dictum est. Sed non ex necessariis tantum iudicandum est, verum etiam ex probabilibus; id enim est optima sententia iudicare. Quare non satisfacit cum solvat probetque non esse necessarium, sed solvendum est quod non probabile quod evenerit, si obiectio magis ut plurimum est. Dupliciter autem potest huius esse, aut tempore aut rebus ipsis; firmissima vero est si utrisque. Nam quod sepius sit id magis probabile est. Refutantur autem et signa et que ex signis sunt enthymemata, etiam si vera sunt, ut prius dictum est. Nullum enim signum sillogismo colligit ut nobis ex analeticis patuit. Contra exempla vero eadem que contra probabilia est dissolutio. Nam si quid habemus, nec sit solutum est, sed quod non sit necessarium, et aut plura aut sepius aliter. Sin vero et plura et sepius sit pugnandum

docet solvere Ve et existent'

Nam si quid habemus, id est si habemus exemplum contrarium adversarii, nec sit solutio omnis est adversarii contrarium, sed solum ostendendum est quod non est necessarium et aut plura dicere [illegible] vera aut sepius aliter fieri quam adversarius dicit. Sin vero plura supple habet adversarius et sepius ut ipse dicit fieri solvat tunc sit pugnandum esse. Hec B. Capezunius.

docet solvere ad signa.

docet solvere ad enthymemata constituta ex exemplis.

aut non esse simile id de quo agitur. aut non similiter quod dat supra messe differentiam. Argumenta vero et que ex argumentis sunt enthimemata non possunt solum quod sillogismo non colligant quod etiam ex resolutivis patuit. Quare restat probare quod ita sit ut dicitur quod si patet ita esse et argumentum esse insolubile iam id redditur cum omnia per demonstrationem facta sint certiora.

doctor solvit aliud enthimemata facta in prima figura quod concluduntur ex veris ipsis sive ex prodigiis ut sonat alia littera

Capitulum 26m de amplificatione ac attenuatione.

Lectio 69.

hic philosophus declarat de aumento et diminutione quod non sunt esse annexa ?

Amplificatio autem ac attenuatio non est enthimematis elementum idem enim elementum dico et locum. Nam elementum ac locus est in que multa incidunt enthimemata. Amplificatio autem et attenuatio enthimemata sunt ad ostendendum magnum esse vel parvum. Quemadmodum bonum quoque aut malum iustum aut iniustum et aliorum quodlibet. Hec vero sunt omnia de quibus sillogismi aut enthimemata fiunt. Quare si nichil horum locus enthimematis est nec amplificatio ac atte

nuatio. Decenunt nec refutativa enthymemata speciem quod est alia quam affirmativa sunt. patet namque quod refutat aut obiectionem inferens aut probans. probavit autem quod oppositum est, ut si factum esse unum ostendit. Alter factum non esse quod si factum non esse ille factum esse hic ostendit. Quamobrem non erit hec differentia. Cum eisdem utrique utantur, enthymemata enim afferunt quod sit aut non sit. Obiectio etiam non est enthymema sed sicut in topicis opinionem quamdam dicere, unde perspicuum fiat vel quod non collegit sillogismo vel quod falsum quid assumpsit. Sed de exemplo, de sententia, de enthymematibus et omnino de rebus unde inveniemus et quomodo inventas dissolvemus hec nobis dicta sint.

ostendit quod augere et minuere non sunt species enthymematum sic solvens

probat secundo membrum ... quod augere et minuere non sunt soluto quod est ... solutio etc.

probat quod augere et diminuere non sit alia species solvendi que est instantia

epilogat de quibus dictum est in hoc 2o libro

Liber tertius

Capitulum primum de partibus rhetorice

lectio 1.

Terum quoniam tria in oratione requiruntur. primum unde fides fiat. Alterum de elocutione. Tertium de ordine partium orationis ac de fide iam dictum

in hoc 3o libro philosophus tractat de 3bus orationum et ordinatione earum. Sed et de elocutione et primo continuat dicta dicendis.

ex secundo primo de elocutione ut formatione orationis

est ex quibus et ex quot / qz ex tribus / et cur tot solum / Nam

aut quia ipsi qui iudicat quodammodo affecti sunt aut quia

quales quosdam eos qui dicunt arbitrentur aut quia de

monstratum est omnibus persuadetur / et ad hec explanatum

est unde enthimemata inveniuntur / sunt enim species enthi-

mematum / et loci / sequitur nunc ut de elocutione dicamus

Non enim sufficit si habeas que dicenda sunt sed necesse est

ea ut oportet dicere / qz plurimum confert ut oratio qualis quedam

esse videatur. Primum igitur quesitum est quod natura primum est

unde res ipse credibilitatem habeant / deinde quo pacto in

dictione disponende sunt / tertio quod vires quidem habet in

gentes, sed nondum explicatum est, quo pronuntiandum

Nam vel in tragediam atque comoediam tardius accessit

ipsi enim poete tragedias solum pronuntiabant / Quare

manifestum est id etiam in rhetorica ita esse / quemadmodum

in re poetica / quod et alii quidem tractarunt et glaucus

(margin notes:) resumit breviter q dicta sunt · asignat causam dicti ut titatum doctrinam esse utilem · exsequitur · ponit continuat ad precedentia, 2as partes locutionis s. scriptum et agonisticum. · exsequitur omnia que de agonistico oportet tractare

tenus. Est autem pronunciatio in voce. quo pacto ipsa in singulis affectibus utendum sit. Velut quando magna. quando parva. quando mediocri. et accentibus quomodo sicut acuto. gravi mediocri. et quibus in unoquoque numeris. tria enim sunt que considerant magnitudo. harmonia numerus. premia ergo ex certaminibus hii pene ferunt. Verum sicut in poeticis certaminibus plus quam ipsi poete possunt qui agunt. sic et in civilibus propter civitatum depravationes. Sed nondum ars de ipsis composita est. Nam et de elocutione tardius accepta. videturque parum honestum

ponit 3es rationes ad hoc probandum

textus 2.

esse si bene examinetur. Sed tamen cum rhetorica cuiusque preceptio ad opinionem spectet. non quod recte se habeat. sed quia necessarium. non est negligendum. Iustum enim est nihil plus in oratione querere quam ne aut dolore aut voluptate afficiat. Ita enim pati sit ipsis rebus certare. cetera preter demonstrationem supervacanea sunt. Verum tamen plurimum faciunt ut dictum est propter auditorum pravitatem. Verum elocutio ipsa habet parum.

hic philosophus ostendit quomodo sciat negotium agonisticum ad recto 3

assignat 2am causam dicti.

quam in docendo semper necessarium. refert enim ad significandum
sic aut sic dicere quamvis non tantum. Verum hec omnia ymagi
nationis sunt, et ad auditorem. Quapropter nemo geometriam
sic docet. illa igitur cum accesserit id facit, quod et pronuntiatio.

distinguit ipam ypocrisim | Receperunt autem parum de ipsa quidam dicere, veluti thrasimachus de
commiserationis pronuntiatione, sed est nature aptum esse ad
agendum et minus artificiosum circa cetera. elocutio autem
artificiosa, quo circa qui id facere possint rhetores. hiis
ostendit quod sollempnio quod dicitur septum spectat ad rectorem | quoque sicut et pronuntiantibus premia posita sunt. Nam orationes
scripte vehementiores propter elocutionem videntur quam propter sensum.
ostendit quod determinare de hoc genere locutionis spectat ad rectorem. | Ceperunt igitur sicut natura postulat id primo poete movere.
Nam ipsa nomina imitationes sunt. est autem et vox nobis
ad imitandum omnium particularium aptissima. Quapropter artes
quoque constitute sunt rhapsodia et hypocrisis, et alie.
ostendit quomodo spectat ad poetam et rectorem declarare de locutione | Quoniam autem poete res friuolas dicentes propter dictionem — | quod poetas levia loquentes
videbantur gloriam consecuti. idcirco poetica primo suscepta

est dictio qualis est gorgie / et ad presens usque multi minus docti
hos optime dicere arbitrantur. Id vero ita non est. Sed alia
orationis / alia poesis dictio est / quod inde etiam ostenditur. Nec
ipsi qui tragedias faciunt illo modo amplius utuntur verum
sicut ex tetrametris ad iambicum transgressi sunt. quia me-
trorum omnium id orationi simillimum est / sic quoque nominum preter
consuetudinem sunt. ea neglexerunt / et quibus prisci exorna-
bant in principio / et sunt qui exametra componunt permi-
serunt. Quamobrem risu dignum est eos imitari, qui
non amplius illo modo utuntur. Quare perspicuum est non
omnia que de dictione dici possent nobis esse examinanda
sed que de ea qua dicimus. De illa vero dictum est in his
que de arte poetica tractavimus / ibi ergo perspicitur.

manifestat quod dixerat per quoddam signum.

excludit quomodo declamans sit orator de elocutione.

Capitulum 2m de Elocutione

Lectio 3.



locutionis igitur hec una virtus, dilucide dif-
finiatur / quod ita esse illud signum est. quia

hic prius declarat de stilo et agonistico signali. pro de stilo in parte perspicuitatis orationis recto.

nisi oratio significet non habebit opus suum. et quod nec — ponit 2am dictionis proprietatem

directam et humilem nec verum dignitatem excedere

sed accommodata esse oportet. poetica quoque forte non humilis

exsequitur et ostendit quod rector non dicit nobis alienis. — sed orationi non accommodata est. dilucidam autem reddunt

orationem que propria sunt sive nomina sive verba. non dilucidam

vero sed ornatam reliqua de quibus in arte poetica diximus

probat quod dixit per simile. — Nam inusitata graviorem reddunt orationem. quod enim ad pere-

grinos atque advenas patimur idipsum etiam ad dictionem

sustinemus. Quocirca inusitatiora sunt adhibenda

hec enim ex omnibus admiramur. mirabile autem omne

ostendit quod talis locutio non est rhetorica sed poetica. — iocundum est. In metro igitur multa id faciunt. commodeque

ibi dicuntur. Nam tam res quam persone de quibus habetur

oratio excellentiores sunt. in oratione vero soluta, cum causa

minor sit, multo paucioribus utendum. Nam ibi quoque — manifestat quod dixit per exemplum.

si servus aut adolescens ornatiora diceret aut de parvis

indecorum esset. sed est etiam in his diminutio et incrementum

decori. Quare oportet id facientes latere ne forte dicere | ostendit quod nominibus fictitiis non est utendum.

videantur sed innate; hoc enim verisimilem facit orationem.

Illud autem contrarium. Nam tamquam insidianti vituperant

quemadmodum et vina mixta, quod Theodori vox ad aliorum | manifestat quod dixerat

histrionum. Illa enim dicentis propria quidem dicit esse videtur,

hec aliene. Celantur autem facile si quis ex consuetis

eligens componat, quod Euripides facit et primus monstravit.

Cum autem nominibus atque verbis constet oratio quorumque species no- | ostendit quibus nominibus et verbis sit utendum

minum tot sunt quot in arte poetica dicta sunt, horum

quidem et compositis ac ictatis nominibus et fictitiis

raro et paucis in locis utendum. Sed ubi dicemus postea.

Causa quoque dicta est: ad maius enim quam decorum est orationem

Lectio 2. extollunt. Propria vero et congrua et translatio

solite orationis elocutioni conveniunt. Cuius signum est quod solum | probat 2. partem

his omnes utuntur; omnes enim translationibus et con-

gruis atque propriis colloquuntur. Quare patet si quis | adducit 2am probationem.

Postquam philosophus declaravit de perfectionibus orationis rhetorice, hic tractat de locutione metaphorica, quod dicit esse non totaliter obscura nec totaliter clara.

het recte componat / quod oratio et clara et apta videbitur / et

cur prista latebit. que orationis oratorie virtus erat

nominum vero que sunt equivoca cavillatori conferunt /

equivocationibus enim fraudem pateat / que vero synonima

sunt poetis / dico autem propria et synonima ut perfecista

at rec. Nam hec ambo et propria et synonima sunt

admixta. quid autem unumquodque horum sit / et quot

translationis genera sint / et quot plurimum tamen in re

poetica quam in soluta oratione translationes possint in arte

poetica ut diximus dictum est. tanto autem magis in

ipsis oratori est elaborandum. quanto pauciora pre-

sidia soluta oratio habet quam metrica / sed dilucidum quoque

iocundum ac peregrinum maxime affert translatio / neque

est accipere ipsam ab alio. sunt autem epitheta / et transla-

tiones accomodate ad invicem dicenda / quod ex proportione

fiet / aliter indecora videbitur. Nam contrarium sit

Margin notes (left):

on[t] quod pro spectat ad rectorem vti nominibus equivocis et sinonymis

reuti ad methaphoras . ons quod distinguitur eas spectat ad poe[ti]c[am] quod genus methaphore plus possit

on[t] in libro visu methaphore esse d[ifficiles]

on[t] q[uomodo] methaphore e[ssent] utend[e].

collata maxime apparent / considerandum igitur et puueni
purpureum: sic seni quid conuenit / non enim eadem
utrisque decora est vestis. Ad hec cum laudare velis a me- — docet aptare usum methaphore ad laude et vituperiu proponens quod intendit.
lioribus / cum vituperare a prioribus eorum que in genere sunt
expoint quod dixit quomodo possum id negocium proferre laudabiliter et vituperabiliter. — ducenda translatio est. Velut si qui in eodem genere contraria
sunt. Mendicantem orare dicere et orantem mendicare
Nam quoniam petitiones ambo sunt fit quod diximus
Sicut etiam iphicrates dixit calliam mitragirte / sed — adducit ad hoc quatuor exempla
non daduchum. Dixit autem non fuisse ipsum initiatum / non
enim mitragirte ipsum appellasset / sed daduchum / sicut enim
utraque in diuinis sunt / alterum laudabile / alterum illauda-
bile est. Sic etiam dyonisii adulatores magos scipos — 2m. exemplum.
appellabant / Qua propter licebit etiam dicere iniuriatum
errasse / et errantem iniuriare / furatum quoque et — 3m. exemplum.
accepisse et rapuisse. Quod vero telephus apud euripidem — 4m. exemplum.
dicit regnare capulos / et in mysiam delatus, indecore

est / nam regnare cum dignitatem rerum excedat / non re

latum. Est autem in syllabis quoque error cum suavem

vocem non faciant / veluti dyonisius chalcus in elegiis

poesim clamorem calliopes appellat / Nam utraque voces

sunt / translatio autem per non significantes voces frivola

est / Preterea non longe repetenda sed appinquis et his

que eiusdem generis sunt / et innominata per translationem

ita nominare oportet / ut cum dicta sint pateat esse cognata

Ut in illo comprobato enigmate virum uidi virum

igni eum vero conglutinatum / res enim innominata est

sed ambo additio quedam sunt. Conglutinationem igitur

ipsius cucurbite adhesionem dixit / Et profecto in compro

batis enigmatibus comodas possumus invenire translatio

nes. Nam cum enigmata verbi translationes construat

manifestum est / probe ac ex probis esse translatum / Pul

chritudo autem nominis ut lighimius ait in sono / et in

Hic phus declarat de metaphoramagis in speciali et post quod requiritur ad eam scilicet post quod debet esse ex propriis

Lectio 5

ostendit quod metaphora non debet esse debilis

manifestat quod dixerat per exemplum

Cucurbita et planta et fructus eius et genus instrumenti vel vitrei cum igne adhesione sanguis trahitur id nonnulli ventosam appellant

ostendit quod metaphora debet esse ex genere

Nota quod methaphora dicitur ex claris.

significato turpitudo quoque fit. Et ad hoc tertium quod cavillatoria
solvit rationem. Non enim ut dixit Brysonismo turpiter
loquitur cum hocci dicit si quod dicit hocci significat.
Nam id falsum est cum aliud alio magis proprium sit et
similius et aptius ut rem ante oculos ponat. Preterea
non similiter se habens hoc et hoc significat. Quare vel
sic aliud alio pulchrius et turpius existimandum. Nam
utraque honestum aut turpe significant. Sed non in quantum
honestum aut in quantum turpe. Aut hoc quidem sic sed magis
et minus. Translationes vero a pulchris transferendum. Aut
voce aut potestate aut visu aut alio quodam sensu. Differt
autem et melius dicit aurora rosea quam formica vel multo
ineptius rubea in epithetis. Vel etiam adiectiones tam
a malo vel turpi facere possumus ut patricida quam a me-
liore ut ultor parentis. Et Simonides cum sibi hic multum
afferebat qui mulabus vicit nolebat carmen componere

Et ad hoc tertium quod cavillatoria solvit rationem sicut pulchre videri [illegible] significando et quod non sit ambiguum sic sic nulla fieret cavillatoria ratio turpitudinis etiam hoc tertia [illegible] significatum ambiguitatis illud minoribus dicitur nota pro hoc dictum non multum ut in hoc loco et verba sibi accepi

docet augere et minuere methaphoras et per augere ex parte significato in se

manifestat per exemplum quomodo sit magis placere et minus placere notari

nota quomodo per adiectiva possumus augere et minuere laude et vituperium

adducit exemplum de Simonide

quasi moleste ferret, in laudem mullarum id facere, cum vero multum attulit commoditatis, equorum salvete ventipodum filie atque asinorum etiam filie erant. Adhec id ipsum diminuere

est autem diminutio que tam bonum quam malum minus ostendit

ut in babilonio aristophanes mordaciter dixit, pro auro aureolum, pro veste vesticulam, pro convicio convitiolum, pro egrotatione egrotatiunculam. Cautum autem esse oportet et in utrisque servare mediocritatem.

Capitulum 3m
De frigidis

frigida vero indictione fiunt quadrupliciter in nominibus compositis. ut lycophron. multifacies celos magnitem... terre litus, augusto pontum, et ut gorgias appellabat mendicimusus adulatores, et periuros atque probe iuratos, et ut alcidamas refertus animum iracundia et faciem factus igniculor, et promptitudinem sporem putauit fore finiferam, et ordinis vim finiferam constituit, et purpuree color thessali pauimentum. Nam

doctrina diminuere laudem et vituperium dicere

declarato quod oratio debet esse propria. hic philosophus ostendit quod non debet esse abusiva.

lectio 6

dat causam dicti quare ista sunt impropria

omnia hec propter compositionem poetica videntur. Hec quidem una
causa est. Altera precipue nimium uti, ut Lycophron Xerxen pelo- ponit aliam abusionem que fit per nomina extranea et aliena.
rum viri montis instar et Sciron vir vastus et Alcida-
mas ludicrum poesi et ipsam nature soliditatem et ac-
cuti mentis ira exacerbatum. Tertium in epithetis. Cum determinat de abusione que reducitur ad nomina sinonima.
aut longis aut alienis aut frequentioribus utuntur. In exponit et primo de delectatione: adiectivis impetus
poesi enim decet album lac dicere, in oratione vero soluta non-
nulla indecora sunt, nonnulla si crebrius ponuntur arguunt
ac patefaciunt modum poeticum. Sed quando oportet ipsis uti. probat .3. causas: tales orationes non esse recte
Tollunt enim quod consuetissimum est et faciunt ut elocutio
gravior videatur. Habenda est mediocritatis cura ·2· ro.
que peius efficiant quam si frustra dicantur. Nam maledicta
illis efficitur, hiis non bene. Ideirco que scripsit Alcidamas
frigida videntur. Non enim quasi bellariis sed quasi cibariis ·3· ro.
lectio ·7· utitur epithetis valde crebris ac patentibus et ampli- hic philosophus tractat de abusione locutionis que fit per multa adiectiva: frigidum ponit esse abusionem
oribus quam res postulat. Non enim sudorem dicit, sed sudorem

humidum, nec in historia, sed in istoriorum solempnitatem, nec leges sed leges civitatum, reges, nec turribundi, nec auditorum sed nature auditorium, nec auditorum sed nature, et triste sollicitudine animi, nec greges sed plebee greges conditor et gubernator audientium voluptatis, nec ramis sed silue ramis occuluit, nec corpus tegebat sed pudenda corporis et honorabilem animi cupiditatem, quod sit et compositum et epitheton e. Sit igitur poema, et sit pravitatis adinvenerunt excessum. Nam poete propter inductorem ridicula et frigida confingunt atque componunt, et ad hec obscura propter mutationem, qui enim huius auditor intelligat, tu interponit dilucititatem, obscuritate dissoluit. Utimur autem compositis cum et res innominata sit, et dictio ad compositionem apta, ut pruinovari parenticida, quod etiam si crebrius fit, vitio poeticum est. Quare composita dictio dythirambicis est poeticis. Inflati namque isti sunt, preseta

sz impetu animi turribundi

dat causam quare tales locutiones non sunt recte

poeticis desionis.

ornatus quomodo fit abusio per adiectiua longa,

fiunt magis et utilius talis locucio

vero heroicis. dignitatem enim ac magnitudinem affert/ trans
latio autem iambicis. quibus nunc utuntur ut dictum est
Ad hec in translationibus quarto frigiditas fit/ sed non conveniat. — declarat de abusione circa methaphoras secundo de eo quod minus fit
/ aut quia ridicule quibus comici utuntur. aut quia inflate
nimis ac tragice/ aut quia obscure. quia remotiores/ ut — exemplum secundo de metaforis minus aptis remotis
gorgias virides res atque exangues/ quas tu turpiter seminasti
et perperam messuisti. hoc enim valde poeticum est. et ut — ponit metharas nimis obscuras
etiam alcidamas philosophiam vallum legum/ atque fossam ap-
pellat/ odysseam vero pulcherrimum humane vite speculum
/ nichilque tale poesi ludicrum afferens/ cuncta enim hec parum
credibilia/ propter ea que dicta sunt. Illud autem gorgie/ in irundinem — ponit quedam dicta que propter suam obscuritatem reducuntur ad predicta minus decora fit. 2o.
cum super eum volans stercus emiserit/ optime ac tragice
dictum est. dixit enim aui quidem/ o philomena si id fecerit
turpe non est. virgini autem turpissimum. Recte igitur
obiurgavit/ quia non est quid dixit sed quod fuit.

Capitulum quartum
de ymagine

Lectio 8

hic ph(ilosoph)us dicit de assimilatione et ponit differentiam inter methaphoram et assimilationem.

Imago etiam translatio est. parum enim a translatione
differt. Nam cum Achillem ut leonem irruisse
poeta dicit. ymago est. cum vero leonem irruisse trans-
latio. Nam quia utrique virtutibus excellit Achillem traducendo

dicit de utilitate illarum assimilationum.

leonem appellavit. Accommodantur autem ymagines etiam
etiam solute. sed rarius poeticum enim. adducuntur vero sicut
translationes. non enim ab eis differunt nisi ut dictum est.

dicit de utilitate illarum assimilationum ponit multa exempla de assimilationibus

Sunt igitur ymagines in soluta oratione ut apud Andro-
tiana in Idrieu similem ipsum esse catulis modo solutis.
nam illi procidentes mordent et Idrieu ex vinculis
solutum infestum esse. et ut Theodamas Archidamum Euxeno

ponit 2m. sic.

geometriam ignoranti conferebat ex proportione. erit
enim et Euxenus Archidamus geometricus. et in re p.

ponit 3am assimilationem.

platonis qui mortuos spoliant esse catulis similes
que lapides mordent et proicientes non tangunt
et ut Demosthenes in plebem gubernatori forti ipsum esse

non robusto quidem/ sed sine nervo/ illud quoque in carmina
poetarum. formosos absque pulchritudine similia esse. Nam et
illi cum defloruerint/ et hec soluto metro/ longe alia quam fuerint
esse videntur. Et Pericles Samios similes ipsos esse pueris — *ponit aliam assimilationem*
qui panem accipiunt sed plorantes/ et in Boetios quod illicibus
similes essent. Nam et illices inter se ipsos frangi atque
destruunt/ et Boetios adversus se ipsos pugnantes. Item
Demosthenes in plebem quod similes nausea laborantibus
est. Et Democrates oratores nutricibus conferebat que de- — *ponit aliam assimilationem*
glutientes cibum/ saliva pueros inungunt. Antisthenes
etiam Cephisodotum tenuem thuri parem esse dixit/ quod
attritum delectat. Nam hec omnia et ut ymagines et — *docet ex methaphoris facere assimilationes et econverso.*
ut translationes dicere licet. Quare quecumque ut translationes
dicta probantur/ omnia etiam ymagines erunt/ et yma-
gines translationes erunt ratione indigentes. Verum oportet — *dat quandam relationem maxime inter methaphoras et assimilationes*
translationem que ex proportione dicitur/ et ad utramque partem

octo hec phs ... dat modos ... [illegible]

et in hiis que sunt eiusdem generis reddi / ut si phiala liberi patris scutum est · comode quoque scutum ipsum martis phiala dicetur · erit igitur ex hiis compositum ·

Capitulum quintum de latinitate

Lectio · 9 ·



Initium autem elocutionis latinitas est / que in quinque fundatur · primum in coniunctionibus cum sicuti flagitant prius aut posterius / altera reddi ad alteram sic collocantur / veluti ad quidem vero / vel autem correspondent · oportet autem ita eas collocare ut facile memoria teneantur / et neque longo intervallo redire neque coniunctionem aliam prius quam necessaria reddi · quod tamen raro commode fit · hoc pacto · ego vero postea quam mihi nunciatum est / venit enim cleo rogans atque orans · profectus sum meum eos accipiens · Nam hic multe ante redditionem interiecte sunt coniunctiones · quod si longior interpositio fiat obscura erit oratio · primum igitur coniunctiones bene disponantur deinde propriis dicendum vocabulis / et non per circuitiones

Initium autem elocutionis latinitas ... [illegible]

ex ... de dictis ... et ... [illegible]

... 2 ... [illegible]

... [illegible]

... de 2a ... [illegible]

tertio non ambigue nisi consulto ita quispiam faciat / quod
faciunt qui cum nichil habent dicere / aliquid tamen dicere simulant
/ ut in poesi fit et empedocles facit / decipit enim circuitio — exponit quod dicat in speciali per ex.
cum multa sit / ac ita auditores afficiuntur sicut multi — omnia hec idem [illegible]
cum ambigua oracula audiant annuunt / croesus cum
alim transierit magnum delebit principatum et omnino — dat causam dicti scilicet quare sic loquuntur divinatores
quam minor committitur error / idcirco non inquirere qui vati-
cinantur dicunt. dicet enim forte aliquid verum magis in
ludo paria vel imparia dicens / quam quot et quot magis
quam quando / quo circa aruspices non determinant quando
/ hec igitur omnia huiusmodi similia fugienda / nisi quis studio
lectio 10. faciat. Quarto ut protagoras nomina generum distri- — hic philosophus determinat de 4° modo [illegible]
buebat masculina feminina vasa. nam hec quoque
recte oportet reddere / sic progressa collocutaque recessit
Quinto ut multa et pauca et unum recte dicuntur — determinat de 5° modo [illegible]
/ at illi perfecti honorem pulsaverunt universaliter autem oportet

of — dat quedam documenta generalia pertinencia ad expressionem et post quod oratio debet esse bene distincta et punctuata

legibile esse quod scriptum est et dictu facile quod idem est. Id autem multe locutiones non habent, nec ea que non facile distinguuntur. Veluti que eradicatus scripsit, que quoniam patet priori nec an posteriori quemquam accommodetur distinguendum arduum est. Veluti statim in ipso initio libri verbi quod est semper imprudentes homines sint; dubium enim est utri semper attribuendum sit. Preterea incongrua fit oratio cum non reddidere nisi coniugeris utrumque congruentia. Ut sonum aut dolorem videns quod commune non est, sentire vel obscurum autem etiam dicas non apponendo sed multa interserendo hoc pacto. Constitui enim cum tecum hec atque hec et sic collocutus esse profitisti, si non hoc pacto: constitui enim profitisti si hec et sic collocutus essem

Ponit 2am magnitatem quod oritur ex defectu ordinis

Dicitur de 3a magnitudine sumenda penes magnificationem

Capitulum 6um de amplitudine elocutionis

Elocutionis vero amplitudinem hec faciunt. Lectio 11.

Si ordine, nominis loco utaris. Veluti si non circulum, sed superficiem dicas, in qua medium ab extremis

Dicitur de elocutione quantum ad dispositionem, hic prius dicitur de ea quantum ad ornatum ipsius, et post quantum ad dilatationem vel abbreviationem.

equaliter undique distat. Huic contrarium ad brevitatem confert
si pro oratione nomen. Ille si turpe aut indecorum. Nam si — ont. quomodo debeat uti et quando.
orationi turpitudo inest, nomen. Sin vero nomini orationem
dicas. Si translationibus et epithetis significes modo
ne in poeticum genus incidas. Si multa pro uno ponas
ut poete faciunt. Nam et si unum velint significare
portum, dicunt tamen portus maritimos. Si non connectendo dicas — dat 2m modum dilatationis et abreviationis
uxoris nostre. uxoris tue. Contra vero si breviter nostre
tueque uxoris. Item si cum coniunctione dicas. Sin vero breviter — dat 3m modum ampliationis et restrictionis
absque coniunctione, sed non inconnexa. Hoc pacto
et profectus et allocutus illum sum. profectus allocutus
illum sum. Preterea si que non sunt ea dicas, quod de Te- — ponit 4m modum.
teumisso facit Anthimachus, mediocris quidem vertex
ventosus collis: in infinitum enim si amplificatio fit tam — ont. hunc modum esse adaptabilem [?] et malis
in bonis quam in malis. est igitur in utraque conducibile
manifestat quod dixerat per signum. — si quomodo non habet dicas, quam ex re. Verba etiam

poete deducunt, ut illud harmoniam in fidem et aliam
comparatiua cum inferunt. quod maxime in translationibus que ex
proportione sumuntur probari solet, ut si quis tubam citharam esse
dicat quantum in fidem.

Capitulum 7m de decore in elocutione.

Decorum autem erit in elocutione si affecta — Lectio 12.
erit et morata et rebus accommodata. Accommodata vero
erit si non sit humilius in rebus magnis, nec in paruis
ampla, neque humili verbo insit ornatus. comica enim
videtur ut apud Cleophontem venerabilis ficus. Affecta vero
ut cum contumeliam inferre irati est dictio. cum impia turpiaque
dicuntur, modeste quasi et caute dicere. cum laudabilia
cum admiratione. cum miserabilia humiliter, et in
aliis similiter. Facit enim accommodata dictorem verisimilem
reddit. Nam cum auditores sic se habere homines in huiusmodi
rebus considerant decipiuntur. quare existimant si non ita
sit ut orator dicit. putant tamen sic esse, sicut semper

Marginal notes (left): contra(?) in quibus bene acceptabit... tali modo. — hic philosophus determinat de decencia orationis et distinguit primo nomen decencie. — determinat de modo metro et post de decencia orationis... fit proportionalis. — determinat de secundo membro ex parte auditoris. — manifestat quod dixit ... decentie ... probat.

Marginal notes (right): accommodata — Aduertat(?) 2

audientes assimulare. at ille qui affectus dicit etiam si non vere dicat. Quocirca multi clamantes terrent auditores. Verum comprobatio quoque a signis morata est. sequitur enim si accomodata est genera singula atque habitus. Dico autem genus aetate sexu natione. ut puer vir senex. femina vir lacedemonius thesalus. Habitum autem secundum quem qualis quidam in vivendo est. non enim secundum omnem habitum vita qualis quaedam est. Si igitur habitui verba accomodantur moratum dicendi facient genus. non enim eadem nec eodem modo, indoctus et doctus dicent. Verum auditores ea quoque re afficiuntur qua scriptores nimium utuntur. quis nescit quae nemo ignorat. Nam tunc sic dicit quasi vereatur auditor ne solus ignarus eius rei sit quam omnes sciunt annuit. Opportune vero aut econtra hijs uti, bonum generaque commune est. Verum in omni potestate illud remedio est, quod vulgo fertur. oportet enim ut quasi

lectio. 13.

~~adiunt 2.~~ dectiai de 3 in premisses per medie.

manifestat per dicat omnes quod diversis generibus et moribus conveniunt diversa signa.

hic philosophus inducit quasdam generales possibilia adaptari ad diversas doctrinas et dat 2 documenta.

dat 2m documentum.

docet quomodo nos debemus habere in simulibus passionalibus et prout cum auditores sunt impassionati ponendo .2.as quaestiones | serpim castiget. sic enim fit ut quod dicitur verum esse videatur
nec tamen dicentem latebit quid sit quod hoc faciat. Praeterea
si omnibus simul congruentibus utaris. sic enim auditor
decipitur sed dico aut veluti si aspera verba sint. voce ac
similiter pro dixerat | vultu ac ceteris si utendum ut congruant. Nam aliter
unumquodque quale sit apparet. Sic ergo aspere dicuntur
lenia et aspera leniter nullam habet verisimilitudinem.
dat .2.am aggravitatem. | Composita vero verba si plura sint et epitheta et mista
tata. ex affectu dicenti congruunt. ignoscitur enim irato
si malum quid in auditu incredibile motisque instare
dicat et tunc maxime cum iam commovit auditores
ostendit quomodo debemus nos habere quando auditores sunt impassionati esse | laude aut vituperatione odio aut amore. quod iustificatur in
similiter pro dixerat non esse mirandum si quis dicat ex sex passionibus | parte quyrico facit circa finem. Fama vero atque sima. et
si qui passi sint. similia enim dicunt omnes commoti
Quare sic dispositi hec libenter audiunt. Dicto poesi
quoque congruunt. commoti enim poete cum furore aguntur

aut excelso sic oportet: aut illudendo, sicut gorgias facie

bat, et sicut se habet quod in phedro fuit. Capitulum 8m de Numero.

lectio 14.

Hic philosophus determinat de ornatu locutionis quantum ad consonantiam sermonis, et prima est ymago vel figura, et primo ponit quod intendit.

Figuram vero orationis illa maxime probatur que nec metrica est nec sine numero. Alterum

primo ponit, et adducit 3 rationes quod oratio non debet esse metrica.

enim non verisimile fit cum fictum esse videatur, et simul 2 ratio.

distrahit auditorem, cum tum attendere faciat, cum rursus

simile dicetur, sicut etiam pretores pueri preveniunt 3 ratio.

illudque protegiant, que procuratorem eliget qui cleonem

manumittit. Alterum quod sine numero est intermi probat secundam partem ostendens quod oratio non debet carere omni ritmo.

natum est. Verum terminari quidem oportet orationem, sed non

metro, infinitum enim nec iocundum nec cognoscibile est.

Omnia vero numero terminatur. Numerus autem figure elo ostendit qualis debet esse ritmus rectus

cutionis rithmus est, cuius mensure divisiones sunt.

Quare numerum quidem habebit oratio, metrum vero non habebit, nec poema sit, numerum quoque

non omnino exquisitum, quod erit si ad aliquid usque insit.

Numerorum autem heroicus amplius elegans et egens harmonie.

distinguit species rithmorum ut ostendat quem debet uti rector, et primo de datilico et spondayco.

| deciat de locutoe iābica | Iambicus vero: ipsa oro multorum est. dicto ex omnibus metris iambica ex ipso maxime dicunt / sed opus est am- plioren oronem facere ac a vulgo alienam. Trochaicus aut

| deciat de troc͡heo.

| deciat de .3. q dr pagan sive cursu.

tripudijs aptior quod ita ex tetrametria ondut. Restat etiam pea quo quasi secreto a thrasimacho incipientes utebant' si nesciebant dicere quis esset. Tercius aut est peon qui

| mat' que sit hui consonacia /

et ex predictis constat. sunt enim tria ad duo cum alter illorum unus ad unum sit / alter duo ad unum / sic igitur

dat cā qr rector nō vn.2. 3. rithmis pdictis .s. eroyco. iābico. ī troc͡heo. sz paiamico

proportionibus sesquitertia constat / et hec est peon. Reliqui igitur et propterea que dicta sunt, et quia metricus omi- tantur / peon vero sumendus a quo solo ex dictis numeris metrum non constat / Quare maxime latet in pronuntiare

| deciat de verbo pauaz .1. est ī pō de eo qr finis. ī pris. orois

Itaque uno peone incipientes etiam utuntur. sed oportet exitum a principio differre. Nam cum sint duo inter se opposita peonis genera. unus in quo prima producta est

| qua tres breves sequuntur. Delogena dyana filia Iovis.

principijs

principiis congruit, sicuti et utuntur alterum e contra in quo tres priores breves, ultima vero producitur post terras et aquas, obtenebravit que rapit a tranquillo. Haec igitur complementum facit tonum. Nam brevis cum imperfecta sit mancum facit. Sed ultima est, sed oportet igitur producta dissepare ut finis manifestus sit non per scriptorem neque per compositionem sed propter rhythmum. Quod igitur non sine rhythmo sed rhythmosam oportet esse orationem et que rhythmorum faciunt numerum et quomodo disposita dictum est.

determinat de alia specie eius que congruit fini.

dat causam dicti.

Epilogat

Capitulum 9m de pendente oratione ac eius gratia.

Lectio 14.

Necessarium autem est vel pendentem esse orationem nam ipsaque coniunctione unam, ut que in dithyrambis ambitus sunt, vel convolutam et similem poetarum antistrophis similem. Pendens igitur compositio antiqua. Herodoti est historie, qua priores quidem omnes utebantur, nunc autem non multi utuntur. Dico autem pendentem que nullum per se habet complementum nisi res que dicitur in complementum pervenerit. Que

Hic philosophus determinat de methodo [illegible] ad intelligibilitatem [illegible] de [illegible] ad [illegible].

determinat de utraque membro, primo de suspensa, secundo quid sit.

ostendit ipsam esse indelectabilem

insuavis est, quia infinita. omnes enim finem conspicere volunt
(quo circa etiam in calce expirant ac resolvuntur) non enim
fatigantur cum calcem prospiciant. periodus igitur compo-

definitur de alio membro et primo in generali describendo primo.

sitio talis est. (convoluta vero quae circuitibus efficitur, circu-
itum autem id graece periodum) appello compositionem quae ipsa
per se ipsam principium habet et finem, magnitudinemque mediocrem

oportet eam esse delectabilem

quae compositio suavis atque diluida est. suavis quidem quia
interminato contraria est. et quia semper aliquid se habere auditor
putat, cum sibi aliquid semper terminatum sit. Nam cum
nihil providentur nec expediantur, iniocunda compositio

oportet item locutiones esse bene adiscibilem

est. diluida vero quia memoria facile retinentur. quod
habet quia circuitibus compositio numerosa est, quae res omnium aptissima est
ut facile memoria teneat. quia propterea carmina melius omnes re
cordantur quam solutam orationem. Numerum namque habent quo
mensurantur. oportet autem ut sensus quoque in circuitu
conducatur nec incidatur, sicut Iambici Sophoclis

Calidon hec est terra peloponesiace telluris. contrariam *(dat causam dicti quare diversa minus sit memorabilia)*
namque contingit suspicari. ut in eo quod non dicimus tali-
done in peloponeso esse. circuitus aut alius ex membris *(dividit locutionem clausulare)*
constat. alius supinus est et ex membris constare dicitur
cum oratio absoluta sit et distincta facilesque respirationes
non in ipso intervallo. ut qui modo dictus est circuitus
sed totus membrum vero est. altera cum particulas supinum
aut dicimus qui uno membro constat. Verum oportet ne *(tractat de membris et post de aristoteles omni modo clausulas eius)*
tam membra quam circuitus ipsi aut minuti sint aut longi
parva enim quasi respuere auditorem faciunt. Nam nature *(probat quod dixit omnes clausulas aristoteles non esse breviatas)*
est qui ad longius et mediocritatem prospiciat. nec sibi
terminum prefixerit cum subito intervallo retrahatur
quasi respirationem ex repulsione fieri. longiora vero
\+ sic auditorem relinquunt. circuitus ergo longus oratio sit
suspensionis similis. illud itaque fit quod eximius demortuus
in melampidem qui pro antistrophis suspensionem fecit
\+ sic gr[a]liam p[r]eterenut deambulantes relinquit

moderate dixit. hijs vere malu alij struens sibi ipsi malu fabricatus est. longa enim suspensio facienti pessima. que et modo in longis membris quoque dicere possumus. qui vero breuimembres nimium sunt circuitus non sunt. propterea enim agunt auditorem. Oratio autem que in membris est alia

alia non opposita.
opposita est, alia opposita quidem hoc pacto. sepe mirror eos miratus sum qui festos dies celebrant et agonas gymnicos instituerunt. opposita vero cum in utroque membro aut contrarium ad contrarium referetur aut idem contrarijs adiungitur. hoc pacto utrisque utilitatem attulerunt. et hijs qui remanserunt et hijs qui secuti sunt. Nam illis plura quam domi habebant conquisierunt. hijs sufficientia domi reliquerunt. Gratia enim est remansio secutionis sufficiens pluribus. Item accidit enim sepius ut stolidi feliciter prudentes infeliciter agant. Item nauigauit per terras pedibus iuit per maria helespontum enim iunxit atque montem effodit. Item natura

Lectio. 16.

tines: legibus civitate privantur. Iam ipsorum alii miserre
interierunt, alii turpiter exulaverunt. Item tempore cum
privatim barbaris infamulati utamur, multos fortunis
ipsis publice coniunctos negligimus. Item aut vivos amplifi-
ces aut mortuos delinquas. In his enim omnibus quod dixi-
mus fit. est quoque similis huius dictio. vel quando contraria
patent apte, multoque magis, tamen ad scripta breui referantur
vel quando oratio sillogismo similis videtur. elenchus enim opposi-
torum collectio est. huiusmodi autem oratio contentio dicitur. Compar
vero cum membra equalia sunt. Assimilatio autem est cum
ultima utriusque membris similia sunt idque netio vel
incipiendo vel desinendo. et incipiendo quidem in omnibus
semper sit, agger erat, quam ager etiam ducebat. desinendo
vero in ultimis sillabis vel verbi vel nominis aut etiam
in integra dictione, ut in verbi quidem ultima sillaba
quod filii desinens dicitur sit, putarent cum benefecisse

et cum ipsi causam fuisse in nominis aut quod similiter cadens appellatur. Hoc modo erat in cogitatione maxima et in spe minima. In verbo aut integro quam gustionem appellamus. Hoc pacto ac tu et vino dirutus male et sine mortuus scribis mala. Concurrent aut in idem non nunquam contentio compar et similiter desinens circuitum vero principia in theodecticis enunciata fere sunt sed contentiones false quoque inveniuntur. Ut apud epicharmum interdum quidem ego illorum eram. interdum vero apud illos ego.

Capitulum decimum de urbanis.

Verum quod de hijs iam demonstratum est unde urbana dicantur et ea maxime que probantur dicendum est. Nam posse facete dicere aut ingeniosi est aut exercitati docere aut doctrine huius. Quare nobis dicenda enumeranda que sunt, ad initium sumentibus facilem dicere, ac intelligere

Tertio. 17.

natura omnibus est suave, verba vero aliquid significant

/ Quare quecunque ex verbis facile nobis ingerunt disciplinam

/ hec suavissima sunt / peregrina igitur ac aliarum gentium

non intelliguntur / propria vero ac nostratia scimus / Trans-

latio autem id maxime facit. Nam cum senectutem cog-

~~nitionemque~~ quis paleam dixerit disciplinam per senectutem

cognitionemque fecit / quia utraque defloruerunt / Verum poetarum

etiam ymagines id ipsum faciunt / unde illis uti urbanum esse

videtur / cum sit ymago ut iam dictum est / translatio addita

differens. Quare minus suavis quia longior / et non dicit

hoc illud est. Quare nec animus id querit / Necesse igitur

est tam dictionem quam enthimemata ea urbana esse que ve-

locem nobis cognitionem faciunt / idcirco nec que superfi-

cialia sunt ex enthimematibus comprobantur / dicimus autem

superficialia que cuilibet patent / nec quecunque habent quod

in eis querere oportebat / nec quecunque dicta ignorantur / sed quecunque

cognitio vel simul dum dicantur fit etiam si prius non erat
vel non multo post mens ea consequitur. fit enim quasi discipli-
natio fit. illo autem modo neutrum. Verum haec atque huiusmodi enthy-
memata per sententiam comprobantur. per dictionem autem dicendi
quidem figuram si per oppositionem dicantur hoc modo, equam co-
munem aliis pacem eam sibi bellum putabant, opponitur
enim bellum paci. Verbis vero si translatio inest verum nec
aliena, difficilius enim haec intellectu est, nec superficialis
non enim movet. Preterea si supponitur rem ponit quasi agatur
cernere enim magis possumus quae aguntur quam futura. Et ad
haec tria consideranda sunt: translatio, oppositio, principium.

Cum autem quatuor translationes sint maxime que — lectio 18
secundum proportionem sunt comprobantur, ut Pericles de
iuvenibus qui in bello perierunt dixit sic, iuventutem
e civitate amissam velut si quis ver tollat ex anno
et Leptines de Lacedemoniis non permissuros ut Grecia

lustra fiat / et Thephisodotus cum Charetis olinthiaci belli ra-

tionem reddere festinaret / graviter ferebat / dicens in laqueo

ab eo plebem habentem tenere ratio reddenda est / idem in eu-

boeam. Athenienses hortans sumptis viaticis dixit oportere

miltiadem sententiam exire / et Iphicrates cum indutias cum

epidaurensibus / et regionem maritimam athenienses fe-

cissent / moleste tulit. dixit quod nervos belli ab ipsis esse

incisos / et pericles eginam dixit tollendam pirei lippitudinem.

Lectio 19. / et eson greciam in siciliam effudit. Translatio

enim id, et ante oculos / item ut grecia clamet. nam

et id modo quodam ante oculos translatio est / et cephiso-

dotus cavendum esse ne concilia concursus fiant / et iso-

crates in diem festum concurrentibus / et in funebri

quod dignum esset in sepultura eorum qui apud salamina

ceciderunt greciam crines incidere / quasi una cum virtute

ipsorum libertas quoque sepulta esset. Nam si dixisset dignum

ex lacrimas effundere, cum una cum urbe quoque spoliatur

translatio est / et ante oculos est qui una cum virtute liber-

tatem dixit quandam habet oppositionem / et exaggerationis

| una enim est mihi oratio per medias res gestas / Item

translatio enim ex proportione est / et illud per medias ante

oculos ponit / et qui dixit pericula ipsa exhortari ut in

periculis succurramus ante oculos transfert / et quod deus in

anima lumen intellectus accendit / utraque enim significanter

dicta sunt / et ac bella dissoluimus sed imposterum reiicimus.

Utrumque enim futurum / et reiectio et huiusmodi propositum condi-

tiones pacis trophea sunt / multo clariora quam que in proeliis

constituuntur / cum hec pro uno prelio feliciter gesto ille

pro toto belli depositione. Nam utraque signa victorie

sunt / Item magnas vituperationes hominum penas dicit civitates

| Poena et iniustitia quedam depingitur est / dicit [illegible] urbanitates ex

translatione per proportionem dicta / cum ante oculos ponant.

Capitulum ii^m quid sit ante oculos ponere

Textus 20.

Sed nunc dicendum est quid est quod dicimus ante oculos, et quod facientibus emergit; pre oculis igitur ponunt quecumque significanter gerere aliquid ondunt. Nam si quis bonum virum quadratum dicit, translatione usus est. Utrumque enim perfectum est. sed hec translatio nichil gerentem significat, illa vero significat in florentissimo statu, et illud. at greci pedibus liberis invenerunt. nam cerne, et translatio, et actio est. velocitatem enim ondit. et veluti homerus sepius facit, dum inanimata ut animata gerere dicit per translationem in omnibus igitur si significanter aliquid geri ondas complebatur ut in istis ar rursus in campos lapis impudens ferebatur. Item hastaque q volabat. Item volare ardebat. Item sixque in terra corpore saturari cupiebant. Item mucro per pectus ruens traiecit. Nam in hiis omnibus quasi animata gerere

aliquid videntur. Impudentia enim et rue et cetera actiones

sunt, que omnia per translationem ex proportione poeta composuit; sicut

enim lapis se habet ad Sisiphum, ut impudens ad eum quem im-

pudenter vexat. Verum haec in imaginibus etiam approbatis

de rebus inanimatis facit suspensos fluctus; movere enim

ac vivere cuncta ostendit; actio autem haec imitatio est. oportet

autem ut iam dictum est, a propinquis et aptis transferre

quale in philosophia quoque ille est, quod vel in multo distantibus perspicere

ingeniosi est, atque solertis, ut Archytas dixit, idem esse

pretorem ac aram, quoniam ad utrumque refugit qui iniuriam

patitur, aut idem quid ambo, sed differunt in eo quod inferius

atque desuper; aut exequatus ex civitatis, eadem enim in longe

distantibus superficie ac viribus dicta equalitas est. Sunt autem Lectio 21.

urbanitates etiam per translationem, ex deceptione; mani-

festius enim fit quod dicit, quoniam contra opinabatur, videturque

animus dicere ita vere est. ego vero errabam; dicta etiam

·aut sicut dicat meorum et suspensorum idee. ·
·sunt enim

Verum haec. quia de rebus humanis [illegible] inquit fiat imaginis approbatis quoniam ita de rebus [illegible] inanimatis dicat ut moveri ac vivere videantur ut illud est suspensos fluctus etc.

commoda ex urbana sunt ex eo quod dicit quod non dicit, ut illud
Stesichori quod eius cicade humi ~~cadent~~ canet, eademque de ca
que comprobantur enigmata iocunda sunt, disciplinatio
enim inest. Dicitur etiam translatio ut Theodorus dicit, cum nova
dicuntur, quod fit cum preter opinionem sit, ut vero ille dicit
si ad priorem opinionem conferas, verum. Quemadmodum in
ridiculis que depravata sunt. et in salibus qui ex litterarum
quadam fiunt depravatione, decipitur enim auditor. et in metris
cum non consequatur ordo, ut auditor putabat, sibi autem
in pedibus ~~aut~~ humus vel cera. auditor autem opinabatur calceos
dicturum, simul enim hec dum dicuntur aperiri oportet, quod vero
depravatione fit aliud facit quam dicit, ut illud Theodori
adversus Athareum in comica thracciat te, dissimulavit
enim velle dicere quod te decipiat, id enim thracciat significat.
At ille quoniam ex Thracia ipsum esse sciebat, aliud dicebat.
Quo circa discenti iocundum sit. et in urbanis atque facetis

veluti apud ysocratem/principatu civitatis principium esse maiorem

/quod enim non putabatur dicturus. id dixit/que omnia hic

probantur tum per equivocationem vel translationem nominum

afferentur/et commode si semper bis/nec oportet peximum semper

esse/et illud anaxandride/quod in primis fertur bonum est

mori antequam morte dignum quid facias/idem enim est ac si dicas

, dignum est mori antequam sis dignus mori/genus igitur dictionis

in istis adest/ Verum quanto brevius et per oppositionem

dicta sunt. tanto magis probantur/cuius rei causa est quoniam

maior disciplinatio facilius per oppositionem fit/et quoniam

paucis. ideo citius/oportet autem semper aut ad quem dicitur. aut quod recte dicitur

significarei/si quod dicitur et verum est et non superficiale

(separantur enim hec non unquam/hoc pacto/mori oportet

nichil peccantem/nam id non est urbane dicta/nec id

dignum/oportet dignum uxorem ducere. sed si utraque sit habebit

hoc modo/dignum enim tunc mori cum non sis dignus mori

quanto autem plura continebit, tanto urbanius videtur. Et si
et verba per translationem sint et translationem huiusmodi et si
Lectio · 22 · compositio comparitasque insit et si geri videatur. Ima-
gines quoque sicut vel in superioribus dictum est, translationes
quodammodo sunt et laudant. Semper autem ex duobus constat
sicut et translatio per proportionem, veluti dicimus clipeum
martis phialam et arcum liram infidem. Sic igitur tunc dicimus
non simplex fit, tunc vero dicimus arcum liram aut clipeum
phialam simplex. Fingunt etiam imagines sic veluti
simie pulsanti aut lippo ad caltar madefacto, utraque
enim colliguntur. Probe vero dicitur cum translatio insit. Possumus
enim clipeum phiale martis assimilare et interatum ita philotetem a pratheos morsu laceratum.
enim contulit thrasimachus cum a pratye victum vidisset
niceratum versus barbatum adhuc atque squalidum decantantem.
In quibus maxime poete errant, cum non recte reddiderint
veluti phylamo cum corygo cotendine dixit. Veluti apud

tortuosa crura gerit / et sunt omnia hec ymagines / quas
translationes esse iam sepe dictum est / proverbia quoque transla-
tiones ex specie in speciem sunt. Ut si quis ut bonum aliquid con
sequatur id adducat. unde dampnum allatum sit. Ut car
pathius inquit lepore / utrique enim quod dictum est accidit
Verum unde urbana dicuntur / et cur. ea fere dicta sunt
sunt autem probate quoque superlationes per translationes
ut in ulceribus plenum quidam dixit. putaret enim ipsum
plenum moris fistellam esse. nam ulcus rubeum quiddam
est / ymo valde rubeum. cum vero dicitur sicuti hec atque
hec / superlatio est / modo quodam dicendi differens. ut
illud philamo torygo pugnat / putaret autem ipsum phila
monem esse torygo pugnantem. veluti apium crura gerere tortu
osa / putaret enim non crura sed apia eum gerere sic tortuosa
sunt autem etiam superlationes pueriles / quia vehementiam
significant / Quocirca irati maxime ita dicunt. nec

si micthi tot daret quot arena et pulvis. Item Atride vo agamenonis filiam non ducam, etiam si aurea cum venere de pulchritudine certaret. Utitur aut hoc modo magis attici oratores. Sicut idem dicit dictor in de core c.

Capitulum xii de duobus dicendi generibus.

Lectio . 23.

Oportet aut non ignorare non eandem unicuique generi elocutionem congruere. Non enim eadem est historia et concertatoria, nec deliberativa et iudicialis. Utrumque aut nosse est scire, alterum ut latine dicere sciat, alterum ne tu aliquid significare velis tacere cogaris, quod patiuntur qui scribere nesciunt. Historia igitur dicto est que maxime propria est. Concertatoria vero que maxime simulata est, eiusque duo genera sunt. Nam altera morata est, altera affecta. Qua propter et histriones huiusmodi fabulas eligunt, poete quoque hos et tales. Sustinentur vero legibiles ut cheremon, est enim exquisitus, ut historicus et lycimnius ex dithirambicis, eiusque conferentur historia

quiddam in certaminibus atque angustiis oratores aut boni cum

leguntur agrestes videntur / causa vero est quia certamini

congruunt / quia ob eam simulata hec cum actione remota

suum non reddant officium / stolidiora videntur / Veluti ar-

ticuli et ea quibus sepius idem dicitur recte in historia

reprobantur / at vero in demratione oratores utuntur

simulata enim sunt / est autem necnon commutare necessarium

commutare cum idem dicis / Nam id viam prebet actioni

hoc modo: hic est qui vestra furatus est: hic qui vos

decepit hic qui denique vos prodidit conatus est / quod philemo

histrio faciebat in anaxandride gerunto mania / quia

denique radamanthias / aut palamedes introducitur et

in prefatione prologi / ecce ac ego / sepius repetit. Nam si

quis hec non recte pronuntiat . fit qui trabem portat

et articulos similiter veni offendi supplicavi opus

enim est actione nec ut unum dicere nec eodem modo et

Fit qui trabem portat. quia ob lignum [illegible] per [illegible] ingredi velit non [illegible] hac clementia sua [illegible] gratulabit [illegible] oratoribus faceret qui orato [illegible] oratores [illegible] vere pronuntiabit [illegible] et quod [illegible] quadam [illegible] compunctionis [illegible] quam historiam neque hic debet. [illegible] hic proprie verbis [illegible] ille abuti [illegible] tropis [illegible] debet. hoc [illegible] ad [illegible] [illegible] patet vehementer eos errare qui [illegible] quod [illegible] non solum [illegible] oratori sed [illegible] etiam qui in [illegible] [illegible] verborum [illegible] valent omnis [illegible].

eadem figura vocis dicere. Preterea articuli brevia que dissoluta apparent quedam habent. in eodem enim tempore multa dicere videtur. Nam cum coniunctio multa unum faciat. patet e contra quod unum erit multa si tollatur. Quare amplificant. veni. dixi. supplicavi. sed despexit que dixi que approbavi. Id Homerus quoque facit in illo Nireus aglaie Nireus qui formosissimus. nam cum de aliquo multa dicuntur nire quoque est multotiens dici. Quare si multotiens multa quoque videntur. Amplificavit igitur semel eius recordatus per deceptionem nictionemque nullibi amplius fecit tum et in enumeratione postremo eius meminerit.

Lectio. 24.

Deliberativa igitur elocutio adumbratione atque picture omnino similis est. Nam quanto maior populus est. tanto longius spectant. Quia propter que exquisita sunt. superflua magis peioraque in utrisque videntur. Iudicialis autem exquisitior. multoque magis si apud

dum uidere / minimum namque idest in rhetoricis. Nam
quod ad rem pertinet breuis est / aliena vero et circum-
tatio absint / Quare iudicium purum est / Quapropter nec
ijdem in omnibus hijs comprobantur oratores / sed ubi ac-
tionis plurimum. ibi minimum exquisite est elocutionis
Id vero ubi uoce ac maxime ubi magna opus est / de-
monstratiua vero dictio historica / maxime cuius opus
lectio post hanc iudicialis / supputatiuum vero est elocu-
tione in iocundum et magnificum diuidere / Nam circa
id magis est in liberalem et modestam et in alias
morum virtutes / que enim dicta sunt ea iocundam
faciunt / si quidem elocutionis virtus recte diffinita
est / cuius enim gratia non humilem sed dilucidam / atque
decentem oportet esse / Nam si prolixa est non est
dilucida / sed nec etiam si breuis / patet igitur mediocri-
tatem commodam esse / Iocundam quoque facient que dicta

fiunt si tota bene collocentur et praesta(?) et mos et veri
similitudo ita ut decet. Ac de dictione quidem ac elocu
tione et communiter de omnibus et seorsum de singulorum
generum dictum est. Restat modo de ordine dicere.

Capitulum 13m de partibus orationis

Lectio 24.

Sunt igitur due orationis partes. Necesse est enim primo
rem exponere de qua. deinde demonstrare
Ideirco non demonstrare cum exposueris, vel demonstrare antequam
exposueris impossibile est. Nam et qui demonstrat aliquid
demonstrat, et qui exponit demonstrandi gratia exponit. Horum
autem alterum propositio est. alterum fides. velut si quis dividat
ac dicat alterum esse problema. alterum demonstrationem. Sed
aut ridiculose dividunt. Nam narratio iudicialis
solum orationis est. demonstrative autem et deliberative quomodo potest
esse narratio qualis ab his dicitur. aut que in adversarium fiunt.
aut demonstrationum enunciatio. prohemium vero et collatio
et replicatio tunc in contionibus fiunt cum controversia inest. Na

Que in adversarium fiunt. Intelligit confirmationem quam
rationes adversarii reprobantur et
refutantur aut orationum quam
in odium invidiam et corruptionem
adversarii respectuur

accusatio atque defensio veluti si brevis oro sepe verum non

ita deliberatio veluti si brevis oro est aut si res memo-

ratu facilis attendit enim ei ut precipitatur imminuat.

Quare partes necessarie propositio et fides . . . inadiscrand

feruntur ad fidem faciundam dividitur. Collatio vero sunt

amplificatio est. Quare pars quedam est eorum qui fidem

faciunt. demittit enim aliquid qui confert. si exordium inscrip-

ret emmeratio. si in memoriam reducit. Quare si quis

haec ita dividit ut theodori auditores faciebant. erit

aliud narratio. et aliud pronarratio. et aliud supernarratio.

elenchus quoque ac super elenchus. si optimum cum speciem quandam

dicat ac differentiam tunc nomine imponere aliter inane ac nu-

gatorium est. veluti licinnius in arte facit corroborationem

appellans et aberrationem et ramos.

Capitulum 14m

De exordio.

Lectio. 26.

Exordium igitur est orationis initium sicut in

poesi prefatio et in lyre pulsatione preludium

omnia enim hec initia sunt et quasi via ad sequentia preparatio pulsationis igitur preludio demonstrativo exordio simile est. Illa quemadmodum qui fistula canunt quod cantaturi sunt id pretactatum coniunxerunt sic in demonstrativa oratione scribendum est, quidquid enim velis oportet tum statim predixeris producere atque coniungere. Idque omnes ita faciunt cuius exemplum ysocratis in helenam orationis exordium. nichil enim contentiosis hominibus et helene commune est. et simul si digredietur, par est ne tota oratio eiusdem sit speciei. Fiunt autem demonstrativorum exordia ex laude ex vituperatione. ut gorgias in olympiaca oratione admiratione dignum apud multos est o greci. laudat enim eos qui celebres solempnitates constituerunt. Ysocrates vero vituperat. quia virtutem corporis muneribus honoraverunt prudentie autem nullum certamen posuerunt. et a consilio ut si quis dicat probos viros colendos esse. at ideo te aristidem laudare. non eos qui nec probantur nec improbantur.

sed eos qui cum probi sint latent, ut alexander priami; hic

enim consulit. Preterea ex iudicialibus exordiis; id autem est

ex hiis que ad auditorem sunt, si aut de re nova preter

opinionem habeatur oratio, aut de difficili, aut de pervulgata

ut ignoscendum sit. Ut cherilus dicit: Nunc vero cum

omnia sorte distributa sint. Demonstrative igitur orationis exordia

ex hiis sunt: ex laude, ex vituperatione, ex adhortatione,

ex hiis que ad auditorem sunt. Oportet autem vel aliena vel

propria esse que viam orationi faciunt. Iudicialia vero ex- lectio 27.

Ad fabularum · fabularum .i. comediarum et tragediarum poesis vero ut in hiis qui dicuntur heroici ut virgilius Omnia vincit amor et omnibus innuatur autem sententiis aureis

ordia idem possunt quod fabularum prefationes et poesis

exordia. Sed dithirambicorum demonstrativis similia sunt,

ut illud propter te atque munera omnia tua, ymno [illegible]. In orationibus autem

atque poesi future orationis monstratio sunt, ut audientes

non sint suspensi, sed presciant qua de re habetur oratio. Illud

quod indeterminatum est in errorem adducit. Qui ergo principium

quasi in manu dedit, is facit ut auditor retentus orationi

sicut [illegible]

sequatur. propterea poeta dixit: rerum pandas mihi, dicit mihi
musa virum et dux in musa eneas/ quoniam parto ex astatica tellure
bellum in europe ingens irrupit. Et tragica quoque fabula
significat/ quamvis non statim ut euripides in prefatione tamen
ipsa significat/ sicut et Sophocles in Pater Polibius erat
/ Comedia etiam eodem modo/ exordii ergo id proprium opus est
maxime initio fine omnia ipsius tamen gratia oratio habetur
/ Quare si patet et res parva sit. non est utendum ex-
ordiis/ ceterum vero genera quibus utuntur communia remedia sunt.
/ que vel ab ipso dicente dicuntur, vel ab auditore vel a rebus
/ vel ab adversariis/ A nobis igitur et ab adversario quecunque ad ca-
lumpniam pertinet ita dicuntur. ut vel solvat vel confirmat
. sed non in eodem loco/ Nam qui defendit primum ad calumpniam
rendet/ qui vero accusat in peroratione iniicit/ Nec causa
latet/ necesse namque est defendenti quod impedimento sit primum
dissolvere/ calumpnianti vero in peroratione id facere. ut audientes

melius meminerit. Auditor autem disponitur si ad benivolentiam
vel ad iram provocatur. et interdum si attentus fit aut contra
contemptivus. Non tamen semper conducit attentum facere, multi
namque conantur ad risum deducere. Ad docilitatem igitur omnia
referet. et si quis ita vult, et ut probus videatur. Hiis enim
magis attendunt. Attenti ergo fiunt rebus magnis, suis,
novis, iocundis. Quare faciendum ut de hiis oratio esse videatur.
Ad contemptivum vero aptos facientes, si rem dicentes parvam.
si doloris effectivam, si nichil ad eos pertinere. Non oportet Lectio. 28.
autem ignorare extra orationem hec esse omnia, ad pravum enim
dicuntur auditorem, qui que sunt extra rem libenter audit.
Nam si talis non est non est opus exordio, nisi ut res su-
mmatim dicatur, est autem omnium partium communis attensio. Ubique enim
magis remittunt quam in principiis. Quare ridiculum quod solent
in principio collocare, quando maxime omnes attente audiunt.
Ubicumque igitur opus erit dicendum et michi advertite queso, nam hec

res non est mira magis quam vera. Vel dicam enim vobis novum
atque inauditum crimen / vel rem ita mirabilem. / Id vero
est ut prodicus dixit / cum ad sompnum auditores defe-
runt. pentimnam inter ipsos spargere / Quod vero ab auditore
non magistri auditor patet / nam omnes vel calupniantur
/ vel a timore se in exordiis dissolvunt / Dicam o rex / qui
vero rem turpem habent aut habere videntur habere ubivis immo-
rari confert magis quam in re / Quia propter etiam servi non reddunt
ad interrogata / sed que circa illa sunt ea dicunt et exordiuntur
/ Ubi autem benivoli fiant / et de huiusmodi ceteris dictum est / Vere
omni probe dicitur ad phecatas mitti presta palas amiciciam
/ miserabile quod venire / Hec duo summopere spectanda sunt / in
demonstrativis autem facundia ut auditor collaudari aut
se ipsum aut genus aut studia sua putet / vel alio quodam modo
/ Nam quod socrates in funebribus dixit non esse difficile lau-
dare athenienses. sed apud lacedemonios id verum est / Deliberative

aut oratoris exordia ex iudicialibus coribus fluunt, nam ipsa minime sunt. nam cum de quo sciunt dicatur, non eget res exordio, nisi aut propter se ipsum aut propter adversarios. aut si non tantum quantum vult, sed vel maius vel minus arbitratur. Quamobrem vel calumpniandum vel dissolvendum est, et aut amplificandum aut attenuandum. Horum igitur causa exordio in deliberativis opus est, aut etiam ornatus causa, quoniam manca videntur nisi sint talia qualis Gorgie laudatio in Helios. nam nichil prodixerit neque gnomonit, illico erumpit. Elis civitas felix. Cap. 15m loci ad dissolvendum calumpniam

Ad dissolvendum vero calumpniam unus quidem locus ex quibus quispiam turpem existimationem propulsaret, nichil enim differt sive quis invectus est sive non. Quare id universale. alius locus ut illata crimina depellas: aut quod non sit, aut quod nociva non sint, aut non huic, aut non tanta, aut non iniusta, aut non magna, aut non turpia, aut non habentia magnitudinem. de huiusmodi enim questio Lectio 29.

ut yphicrates adversus nausicratē dixit. fecisse se qđ ille
dicebat. et nocuisse / sed non fecisse iniuriam / aut aliud aliꝫ
opponendum, hoc pacto nocivum sꝫ honestum, dolore infe
rens sed utile / ceteraqꝫ huiusmodi / Alius locus qm error uel adūsa
fortuna uel necessitudo fuit / sicut sophocles dixit tre
mere se / non ut accusator dixit ut senex videatur / sed
p̄mitus / non enim vellet se annos lxxx.ª natum / preterea finē
pro fine opponendū voluit nocē. sꝫ hoc voluit et fecisse quod
id de quo accusatur, nocumentum vero accidisse / par aut odio me
hn̄t se ut sic eveniret fecissem / Alius sꝫ de phenso in eo crimine
calumpniatore / uel nunc uel alias et aut ipse aut propinquorum
aliquis / Alius sꝫ alii quoqꝫ comprehendunt quos adūsarii non
ee reos contendunt / ut puta si adulter mundus est et hic ergo.
/ Alius sꝫ alios quoqꝫ calumpniatus est. aut sꝫ aliq̄ ipsum. aut
sꝫ absqꝫ calumpnia credebant / velut et ipse nunc, qui tersit
id crimine erat / Alius calumpniari calumpniate. turpe enim. cum

ipse parum credat. huius verba creduntur. Alius si iudicium
sit. e. veluti euripides adversus higienonem in atidosi accusante
impietatis, quod scripserit peierandi cum dicat lingua
iuravit, mente vero iniure rudit, iniuria facit higienonem
cum iudicia dionisiaci certaminis in forum deferat, ibi enim iam
depossit, dicturusque si accusare voluit. Alius accusatorem accusando
ut puta quod alia iudicia operit, quod verbis non credit. Et eius aut vel eius
a signis e. veluti ulixes in teucrum quod propinquus esset priamo
soror enim hesione. ille vero at pater telamon priami hostis
tu aut etiam exploratores non prodidisti. Alius accusatorem
propius cum parum laudat, ut magis vituperet magnum breviter
aut cum multa bona proposuit, ut unum quod ad rem pertinet vi-
tuperet, quales sunt qui artificiosissimi atque iniustissimi sunt
Nam per res bonas nocere temptant, cum malis eas permiscentes
Commune aut dissolventi cum calumpniatore, quod contingit
idem multorum causa factum esse. ut hic depravando ad peius accipiat

dissolves aut ad melius hoc pacto diomedes ulixe elegit alter
dicet. qm oreud forte putabat alr no ic. s3 solud in coerta
tore hret tamq ignauiat de caluppnia hec dicta sunt

Capitulum decimusseptimum
de narratione

Textio . 30 . NArratio aut in demonstratiuis continua
non est. sed in partes diuisa. Nam oportet
exponere res gestas ex quibus oro constituit. Constituit aut
oro ptim ex eo qd artificiale non e. non enim est rerum gestarum
orator causa/ partim ex eo qd est artificiosum. id vero e cum
ondit/ qp sit pressim si incredibile uidetur. aut qle aut quantum.
aut hec omnia simul. quapropter non semper oportet continue cuncta enar-
rare/ difficile enim est memoria tenere/ que sic demonstrat. Ex
ex his fortis. ex his prudens aut iustus ondetur. Nam
hec oro explicatior est/ illa vero implicatior/ atque multiplex
et minime plana/ oportet aut cum res note sint in memoriam
eas solummodo breuiter reducere. Nam multo narratione opus

non est / veluti si achillem laudes cui9 res gestas omnes pre
pimt / cognitis rebus uti tm oportebit / verum si critiam lau
daturus sis. cu no multi res ei9 teneant / narrare necesse e
/ Cum igr laus sit magnitudinis virtutis ondens oro / tales
res gestas fuisse demonstrandu / laus igr rerum gestarum est
/ q vero extra sunt sicut nobilitas / ac educatio ad faciunde
fidem adhibentur. verisimile namqz est pbus ex probis
/ et bn educatum in bonum virum euasisse / Quapp et qui ges
serunt eos laudamus / et opationes tpis actionis signa esse
ducimus / verum qui laudaremus etiam si no gesserit / si talem
ee nob psuaserimus / beatio et felicitatio ipis quid eadem
/ his vo non eadem / s. sicut virtute felicitas. sic hec felicitatio
continet / . habet aut laus cum mirabil cum consilio commune
/ Nam que consulendo admoneres. hec comutata oroe laudem
efficiunt. Cum tu habeas que agere qualemqz ee oportet
/ admonendo qz id explicaueris / mutanda verisicandaqz

oro est, ut laudem efficiat. veluti cum divitias non optz a fortuna
neque extrinsecus, sed intrinsecus atque a se ipso pendere. hac compositione
orationis ad monitionem sit in laude virtutis, non enim a fortuna
nec extrinsecus sed intrinsecus atque a se ipso illa pendebat. Quare
laudaturus quid consilii et consultum quid laudares est. considera
orationem que ita versa ut nunc quid quod prohibet, nunc vero quod non
Lectio .31. prohibet commutes. Qui vero brevem esse asserunt narra-
tionem oportere, ridiculi sunt. veluti qui interroganti pistori
duram me aut mollem pinset, quid inquid. est me impossibile
bene pinsere, oportet unde non esse longam narrationem nec
exordium. nec que fidem faciunt breviter tamen quod est oratoris
prudentie nec in longo nec in brevem est, sed in mediocri. Id vero
est si ea dictas que rem significant exponat, id est quod possit
efficere, ut vel factum esse vel iniuria factum esse vel dampno fuisse
idem ut tantam rem esse quantam velis ut credat auditor. ad-
versarius aut horeseria amictenda vero narrationis sunt

quecumque vel virtutes tuas vel adversarii vitia subostendunt

vel auditoribus iocunda sunt, ut si dicas at ego semper

consului quod iustum ac pium est, non esse deserendos liberos.

Hic autem reclamabat ubicumque ipse esset ibi facile alios sibi

liberos futuros, referatque Germanorum que dixit Herodotus transfugas

egiptiis respondisse. Defensori vero brevior semper narratio.

et per questiones aut factum non esse aut non iniuria. aut

non damno fuisse. aut non tanto. non enim a questione

recedendum nisi quid ad illam conducat. ut si factum esse non

esset tamen iniuria factum. ad hec que gesta non sunt. si commise-

ratione aut indignatione faciunt, perinde ut gesta nar-

randa. huius exemplum Alcinoi apologus, qui ad Penolopem

in sexaginta esset annis fictus, et Phaylli circulus et in Terentii

prefatio. oportet autem narrationem maxime moratam atque

affectatam esse, quod facile faciemus si non ignorabimus quid sit

quod moratam orationem efficiat. primum igitur est si ita dicas ut

qualis sit animus hominis sub appareat. morata enim oratio qualis
quedam ideo est quia voluntas atque electio qualis quedam est. hinc vero
inest qualitas propter finem. Idcirco mathematica oratio affecta esse
non potest, quoniam tamen huius gratia non habeat. nulla in ea subapparet
electio. Socratica vero, quoniam de talibus est, morata est. Morata igitur
ordine efficitur, quod mores hominis consequitur, ut si dicas hec
ambulando vociferabat: ostendit enim audaciam hominis atque
agrestem. Item si non ita ut ratione persuasus, quod multi nunc
faciunt. sed ut a petitione elegisti, ego vero malui quod utilius
considerat autem quod optimum. est enim illud prudentis utilia
prosequi, hoc vero boni honestum preponere. Quod si parum cre-
dibile quod dicis videtur, ratio afferenda, ut Antigone
apud Sophoclem facit, cum persuadere vellit fratrem se viro atque
filiis anteponere: viro enim ac filiis amissis alios facile
forsan habebis. frater vero si parentes obierunt, nullus tibi
nasciturus est. Verum si nulla succurrerit causa, illud dicere potius

non ignorare te parum credibilia hec videri / et tamen audacius dicere
quoniam natura huiusmodi sit / nunquam aut auditori credibile videri si aliud
preter utile nos agere ostenderimus / preterea si ea narrando exponemus
que affectus movent corporis propria et proprie que auditores
non ignorant / et aut tibi / aut illi insunt. Hoc modo: Ille
autem cum me illusisset abiit / et ut de Cratylo Eschines quoque
respirans manusque quassans / et intonuit / manusque minatus est
versiculos ei hec orationem faciunt / quoniam que non ignorantur
ab auditoribus hec eorum signa fiunt que nesciunt. Huiusmodi
vero plurima Homerus nobis suppeditabit / est autem inquit
faciem manibus reficiebat. Nam qui lacrimas effundere incipiunt
manibus oculos attingunt. / Post hec illico te qualem quendam
oratione subostendas, qualem videlicet te velis auditoribus videri
latenter facias / quod facile fieri posse inde patet / quod de moribus
verum mitius quius eos minime cognoscamus. Ut tamen oratione quales
nam sint suspicamur / est autem opus multis in locis narrare

ad iusticiam etiam quem quedam videri

et no inicio in ipso principio. In deliberatione vero dicitur narratio non incidit quia de futuris rebus narrandum non est. et tamen incidit rerum iam gestarum quas aut deprimendo aut efferendo auditores concitantur ut illarum memoria de futuris melius consulant. Verum tunc officium consiliarii non adhibetur. Et si quid tamquam incredibile narratur dicere statim causam aut polliceri oportet ut in oedipode carcinum doctiste cum hic interrogaret quo filium quaerebat se promittit. sicut etiam apud sophoclem hemo.

Capitulum 17m de confirmatione.

Lectio 32

Quae vero fidem faciunt ea vim demonstrandi quo ad eius fieri potest continuant. et cum quatuor questiones sint si factum est si obfuit si tantum si iure. ad id quod in iudicio queritur accomodanda demonstratio est. eodemque modo etiam si de faciendo aut non faciendo questio est. neque nos fugiat quod in hac una questione alterius ex parte manum necesse est. Non enim ut si qui de iure aut iniuria quererent

ignoratio causa est. Quare in hoc non in ceteris immorandum
est. In demonstratione vero quod honeste aut utiliter gesserit
ut plurimum amplificatio fiet. Nam res quidem ipse earum
credi debeant raro, neque nisi aut incredibiles videantur
vel aliud causam habeat solent demonstrari. In delibera-
tione aut aut non futura que dicit contendet quispiam aut
si futura concedet tamen vel non iusta vel non utilia vel
non tanta fore asseverabit. Ceterum illud maxime perspiciendum
si quid preter rem falso dicat. Id enim signo erit cetera quoque
ipsum mentiri. Preterea scire oportet sic exempla delibera
tionibus magis accommodari ut iudicialibus enthymemata.
Nam cum sit omnis deliberatio de futuris a preteritis per exempla
de ipsis necesse est dicere. Iudicia vero de iam factis aut non factis
sunt que demonstrationem idcirco habent quod necessitatem habent.
Preterita enim necessitatem iam habent. Non oportet autem enthymemata
continue dicere sed aliis permiscere ne aliud aliis officiat. Est etiam

perspicacitas Nestoris quod ut Homerus quoque ostendit / amice quoniam tot dixisti quot sapiens vir attulisset / tot inquit non eiusmodi / Nec enthymematibus cuncta tibi probanda / ne tibi nimirum sit / ex ignotioribus notiora conficere / quod philosophantium non nullis accidit / nec cum affectus movendi sit enthymemate utaris / nam cum motus qui simul fiunt alter alterum excutiat / et vel ambo concidant vel remissiores reddantur / aut affectus excutiatur aut frustra sit allatum enthymema / nec cum moratam orationem efficere velles. enthymema queras. Nulla demonstratio nec animos movet / nec electionem habet / Sententiis autem tam in narratione quam in contentione utendum est / plurimum enim efficiunt / morataque orationem reddunt / hoc modo: tametsi ego hec illi quamvis sciam omnibus credendum non esse. et cum effectus sit. Nec tamen etiam si vexatus iniuria sim me penitet, prestat enim ut videam hunc lucrum mihi ius

superesse. Verum deliberatio iudiciali causa multo difficilior

est. Primum quia illa futurorum, hec preteritorum est, que vaticinantibus

saltem, ut Epimenides Cretensis dicere solebat, certiora sunt.

Hic enim divinationem futurorum respuebat, preteritorum

que occulta erant solam amplexabatur. Deinde quia cum leges

iudicialibus supponantur principium afferunt, non inveniendi

facultas probetur. Ad hec quia non habet multa diversoria

ut puta in adversarium aut de se ipso aut auditoris in affectum

impellendi, quod minime adhibendum est, nisi digrediatur

idque per dubitationem faciendum, ut Athenienses oratores

facitant et Ysocrates; accusat enim in consulendo ut La-

cedemonios in panegirica et Chareta in sociali oratione.

In demonstrationibus aut exterioribus laudibus amplior efficacienda

oratio est, quod Ysocrates facit aliquid extra semper adducens.

Id vero est quod Gorgias dicere solitus erat, quod ubi liceret nunquam

sibi deesset oratio. Nam si de Achille dicendum est inquit

Hic enim divinationem res-
puebat. Duplex est divinatio
futurorum et preteritorum que ignota
sunt ut si quis coniectat ex facto
coniectatur a quo Epimenides
Cretensis inquit certius divi-
nationem futurorum respuebat
vaticiniorumque prius impossibilium preteritorum
amplexabatur ut possibilium

prelia laudabo· deinde eam· postremo iouis fecitque modo
si fortitudinem aut quoniam hec atque hec faciat/ quod tale
quid est/ aut quoniam talis quedam est/ cum igitur demonstrationibus
non egeas tunc et morate et demonstrando tibi erit dicendum

Lectio ·33· Cum vero enthymemata non suppetunt· tunc morata
magnitudine tibi erit oratio· que res id circo bono viro
magis decet/ quod malit ipse probus videri quam demonstrationes
sibi esse certiores/ ex enthymematibus vero que redarguunt·
magis probantur quam que demonstrant/ illam quoniam contraria
ex collatione magis cognoscuntur· Id circo que redarguunt
acrius inferuntur/ Cum vero iam ad adversarii locos
aggredimur non in alia parte sed in facunda fide adhuc
versamur ac alios obiciendo alios argumentando dissolvimus
/ Sunt autem tam in consilio quam in iudicio maxime primum collo-
canda, deinde adversariorum cum contemptatione quadam refu
tanda·/ Et si multiplex atque varia est adversariorum oratio, primum

confutabimus, ut callistratus in consultatione messeniaca

fecit: qui primo que dixere adversarii possent confutatis. sua

deinde posuit. Si vero secundus dices: refutandum tibi primo

erit solvendo sat contra arguendo et maxime si adversarius

persuasisse videtur. Nam quemadmodum infamie hominum animus

aspernatur, sic orationem quoque contemnunt si benedixisse ad

versarius videatur. Quare auditor vel omnium vel plurimum

vel firmissimorum, vel saltem confutata facilium, in sequentior

preparatus, aures vestras dabit, et credibiliora putabit, ut illud

primum dixi expugnabo. Nam ego iunonem primum eum quod

honestissimum erat aggressus est verum de fide hec dicta

sint. Cum autem morata utimur oratione quoniam que de nobis

dicimus, aut invidiam pariunt, aut longam orationem effi

ciunt, aut obiectionem patiuntur, que vero de aliis vel con

tumeliosa vel agrestia videntur, quoniam ergo hec incommoda

consequuntur. Alium oportet dicentem introducere, quod ysocrates

·7·

·i· de philippo de quo sub methaphora loquebatur ·i· aristotiles

In philippo et in anthicidosi facit, et ut Archilocus vituperat

·i· quadam persona illius poematis quam aptavit fabulam pecuniarum

cum patrem de filia fingat in iambo dicentem quid non mortales ·9· avaros

pro pecunijs facturos credimus aut quid non dicturos?

Sophocles quoque sic Hemona pro Antigone adversus patrem introducit, ut alij dicere videantur. Variare etiam oportet utendo. Ut nunc entimemata in sententias, nunc sententie in entimemata commode immutentur. Sic, oportet reconciliari maxime tunc oportet, cum felix sis. Sic enim ex sententia rem tuam conficias. Hunc sententiam sic in entimemate verteris. Nam si oportet cum tibi maxime confert tunc reconciliari. Nunc id agendum cum fata nobis cuncta prebeant.

Sed de his satis.

Capitulum 18.m de occasione interrogandi.

Nunc de occasione interrogandi dicendum videtur. Primum igitur tunc maxime interrogandum cum ex duobus alterum iam ipse adversarius protulit. Ut altero per interrogationem adducto: absurdum quid consequatur

Dicit vituperare sub methaphora.

·q· dicit quod illa mulier ut pecuniam acquireret non reputabat inconveniens posse peccatum vituperium aut plurimum.

Lectio 39

Ut Pericles de Eleusinis sacrificiis interrogatum Lampone ferunt
respondisse nephas esse non initiatum audire; peritum namque profectum
si ipse sciret. cuique annueret, et quomodo dixisse eum initiatus
non sis. Deinde cum propositionum alia manifesta sit, aliam
daturos adversarios non ambiguis, cum etiam necesse non est
eam propositionem que manifesta est interrogando proponere, sed
conclusionem inferre; veluti Socrates cum Meletus diceret
non arbitrari eum deos esse, atque inquit demonia esse
quedam fateor. quod ille cum affirmasset, interrogavit an demo
nes deorum ~~quidem filios esse~~ filii essent, vel saltem divinum
quiddam; quo dato, est inquit, intulit: qui deorum quidem filios
esse, deos vero non esse arbitretur. Preterea cum vel contraria
vel preter opinionem dicere adversarium demonstraturi sumus.
Quarto cum non possit solvere nisi cavillatorio modo
respondeat. Nam si sic respondebit etiam quodammodo et quo-
dammodo non esse, aut hoc quidem sic, illa vero non

/ aut aliquid sit / aliquid non / turbentur dubitantes / aliter ign(orantie)

ne(c) conandum quid est. Nam si instabit unum iam videbitur

non ei posse propter auditoris imbecillitatem de multis sit interrogare

/ Qua propter entimemata quoque ipsa quam maxime convolvenda

sunt / In rendendo autem si ambigua sint non statim solvere

/ sed prius bene distinguere oportet / Si vero contraria videtur

statim pro responsione inferenda solutio antequam consequentur

aliud interroget / aut concludet. nec ei difficile est in quo ro

sit perspicere / ceterum ex topicis tam hec quam solutiones nobis

patebunt / Preterea si concludendo conclusione interrogatione

facit causa dicenda est / ut sophocles a pisandro interrogatus

si sibi quoque / ut ceteris consiliariis visum fuit / quadringentos

viros constituere / credit. an hec improba tibi non videantur

/ et ille tu ergo / hec improba comprobasti / Item dixit nec

enim erant meliora / et ut lacedemonius quidam censure

rationem reddens interrogatus si iure sibi ceteri perempti

Preterea si concludendo conclusionem interrogatione / In rendendo interrogationibus inquit quod aut interrogatio conclusionem complectitur aut conclusio interrogationem colligit causa dicenda est sicut in predicto exemplo cum sophocles dixisset an hec improba tibi videbantur quia hec interrogatio non fuisset improba illa videtur colligere statim hinc adversarius interrogationem concludendo intulit tu ergo hec improba comprobasti hoc sophocles solvit cum dixit ita inquit nec enim erant meliora nec enim aliud videbatur ad eam conclusionem possumus quam ab interrogatione inducta, ut exemplum est in [illegible] [illegible] sicut ac impudentes sunt in altero autem exemplo [illegible] ceterorum censorum pecuniam accepisse iniuste quem iudicasse in reddenda ratione iniuste

sint. atque ideo interempti unus eorum quibus id videbatur interrogavit reliquum deinceps si iure sibi ceteri perempti videbantur qui reddens ergo tu eos eadem ipsos s. qui sibi in censura [illegible] [illegible] indicasse quod ille non intelligens [illegible] intulit ergo tu quoque iure [illegible] quod conclusionem ille [illegible] cum intulit quod illi corrupti [illegible] indicavit ipse [illegible] ad [illegible] hec dicendo [illegible] [illegible] a iure [illegible] [illegible] Nam aliter [illegible] [illegible] pecuniam [illegible].

videretur dixit ergo / tu eadem istis consensisti. at ille ergo tu quod
iure probis / minime inquit / Nam illi corrupti pecuniam
habentes iudicarent / ergo vero nequaquam. propter quod ridiculum. Quia propter hoc nec rursum
post conclusionem interrogandum est / nec iterato conclusionem
ipsam / Circa vero ridiculorum quoque usus in certaminibus
est. oportere quod gorgias recte dicebat / adversariorum seria
risu pervertere / et risum seriis explanatum in hiis que
de re poetica dicta sunt / quot ridiculorum genera sint quorum
alia liberis congruunt alia non / unde quod rei convenienter
orator assumet / est autem illusio sterilitate libero magis
ydonea / Nam qui illa utitur sui / ironia vero alterius
gratia loquitur

Capitulum 19m de peroratione.

vel ex hiis que faciunt

Peroratio autem ex quatuor constat. ut bene Lectio 39
de nobis male de adversariis auditor sentiat
que amplificant aut extenuant quibus in affectus
auditor impellitur, quibus in memoriam dictorum reducitur

natura enim fit ut cum quod veritate, adversarium vero me-
dacie onderis/ tunc vel laudes vel vitupres et omnino
supermoliaris est aut duorum horum alterum considerandum/ aut quod
hiis semper bonum: aut simpliciter/ illa vero quod hec infesta aut
simpliciter. Cum vero tres bona aut infesti fiat, ea dici sit loci
post hec aut vera ducere quod ia demonstratum est/ aut amplificandum
aut attenuandum. Eorum enim est ut que ficta sunt pateat. prius quod
ipsorum magnitudo expliciet/ Nam et corporum incrementum
ex preexistentibus est/ Cum aut amplificandi attenuandique
sit. Jam pridem exposita loci nobis sunt/ Postea vero
cum iam et qualia sint et quanta sint patefactum sit
est in affectus auditor impellendus est qui sunt. commiseratio
indignatio. ira. odium. invidia. emulatio. contentio. Quorum
etiam loci iam dicti sunt/ Quare illud iam restat ut predicta
in memoriam reducantur/ quod sit quidem facere/ sit in exordiis
non recte percipiunt faciundum. Nam ut facilia intellectu

sunt. sepius idem dicere iubet. Verum ibi quid res summatim dicenda
ne auditores de quo sit iudicium ignoret. Hic vero ea quibus
demonstratum est per capita repetenda. Initium autem repetitionis qui
persolvit id quod pollicitus est. Item et quod dicenda erat et de quo
dicendum. Repetitur autem per collationem eorum que ab adversario dicta
sunt. Conferuntur igitur aut que de eodem ambo. aut que non opposita
dixerit, sed. hic quidem hoc et de hoc. ego vero hoc et propter hoc. aut
per illusionem ut puta et hoc quidem. hic ego vero hoc atque
hoc [et si quid iste mihi fuisset si hoc atque hoc] demonstrassem. et non illa. aut per interrogationem quid non
demonstratum est. et econtra quid ab isto demonstratum est.
aut igitur sic aut per collationem. aut ordine quo dicta
sunt prius tua. et rursum si ita vis que adversarii dixerunt
seorsum. Finis vero dissoluta maxime atque per articulum
oratio ydonea est. ut peroratio non oratio sit. dixi. audistis.
habetis. iudicate.

Finito libro sit laus et gloria Christo

Liber iste fuit scriptus de mandato P. Afan de Ribera · anno · mcccc[?] · mo · lxv ·

```
   200
    18.0
  ------
  1600
 2600
   100
  ------
  3700
    34
  ------
  14800
 11100
 ------
 125800
```


35